

*Bibliothèque numérique*

medic @

**Hippocrate / Restaurand, Raymond.**  
**Monarchia microcosmi, Hippocratis magni, Platonis et Aristotelis insperato foedere restituta, in tres partes divisa, quarum prima commentarium continet in Hippocratis magni librum de corde ; altera, in varios textus ex libro primo de victus ratione, ejusdem authoris ; tertia, Divini Platonis mentem, ex ejus Timaeo depromptam...**

S. L., 1657.

Cote : 5857

# MONARCHIA MICROCOSMI, HIPPOCRATIS MAGNI PLATONIS ET ARISTOTELIS IN- SPERATO FOEDERE RESTITVTA. IN TRES PARTES DIVISA.

Quarum prima, Commentarium continet in Hippocratis  
magni Librum de Corde:

Altera, in varios textus ex libro primo de Vi&tus Ratione,  
eiusdem Authoris:

Tertia, Divini Platonis mentem, ex ejus Timaeo de promptam.

Quibus, prostrata triplicis spiritus tyrannide, &  
sanguinis circulatione,

Animantis cor, supremo, partium corporis, & omnium  
functionum imperio redintegratur.

Auctore RAYMONDO RESTAVRAND Sancto spiritali,  
necnon Academia Monspeliensis Doctore Medico.

## P A R S P R I M A.


SE V


Commentarius in Hippocratis magni Librum de Corde.

*Vt non aliud discordantis patria, sic nec corporis remedium est, quam  
ut ab una parte regatur. Eapropter omnem potestatem ad unam conferri,  
pacis & sanguinis interest. Tacit. Ann. 8.*



M. D.C. LVI.  
Cum Privilegio Regis.







AMPLISSIMO ET ILLVSTRISSIMO  
VIRO,  
**D. ANTONIO**  
**VALLOTIO,**  
**DOMINO DE MAGNAM,**  
**IN OMNIBVS CHRISTIANISSIMI REGIS**  
Consistorijs Secretori Consiliario,

E T  
*Archiatrōn comiti dignissimo.*

**S**i verum sit, *eam esse imperandi conditio-* Tacit. 1.  
*nem ut non aliter ratio constet quam si ann.*  
*vni reddatur: & vnum Republicæ corpus*  
*vnius animo regendum veniat: & quum*  
*erat ( Archiatrōn comes Amplissime ) na-*  
*turam animantis vnius partis imperio*  
*subjici; quasi rem publicam à superis certo ordine constitu-* Hipp. 1. de  
*tam. Qua in re, verè est, quòd supra cæteras gloriari vlt. rat.*  
*possit: cum, ei, principem non sumi nec queri fortuitò, sed*  
*sine discrimine primùm nasci contingat: \* qui seipsum gerere Tacit. 1.*  
*gubernare & dispensare debeat, perinde quasi filius à patre \* Arist. 2.*  
*emancipatus, seorsimq; collocatus, ut principium haberi oportet;* de part.  
*anim.*  
*\* cap. 4.*

\* 2

E P I S T O L A.

quæcumque ad solvendum animal pertinent, disponantur.  
Coævam tamen naturæ veritatem, ejusque genium Aristotelem, Philosophi, præ anatomicæ sectionis incuria (ne dicam ignoratione) deserere coacti sunt: & cum Hipp. i. de medicis, dissentientem, ex eo tempore, à naturâ legem constitut. rat. stituentibus, paucorum dominationem, & τελον ἀρχήν in ea Tacit. i. agnoscere, regiæ libidini propiorem & longè deteriorem:  
Aun. adeo ut, obrutam tot sæculorum graviore lapsu sententiam in lucem iterum afferre, nihil aliud esse videatur, quâm vnanimi consensu damnatam in republica literaria veluti hæresim restituere;

Iuv. i. 5. 3. Grande & conspicuum, nostro quoque tempore, monstrum.  
Hujus tamen doctrinæ legitimus patens, Hippocrates Hip. epist. magnus existit (A. C. A.) quem, ex utroque semine à dijs oriundum, & magnis mysterijs non secus ac Herculem Iovis Macrob. filium publicè quondam initiatum, nec fallere, nec falli unquam potuisse, scripserunt veteres. Hæc est, quæ à viginti 7. Satyr. fere sæculis velut in puto latuit veritas: quam, insperato sapientiæ principum Hippocratis magni Platonis & Aristotelis foedere restitutam, & ex jatrico certamine prodeuntem, illusterrimo tuo nomini non tam inscribo quâm tibi resero. Hanc enim non validis infœlicis ingenij mei viribus, sed fœlicibus, supremi quo in Gallia eminere debueras, Apollinis sacerdotij auspicijs debet ars nostra; per humiles purpuram medicam in Monspe liensium fano ambientis manus, tuis aris donarium appensura: quæ deinceps, (vt id vnicum est Hippocraticæ doctrinæ mysterium, cuius prophanus & hospes, sacros latentis scripturæ aditus irrito quæsivit ingenij ausu; initatus, sibi apertos esse facili ratione comperiet;) devoto Monarchiæ solius cultu, summum sui fastigium attingi posse

posse tua de causa glorietur; *supremæ*, quæ charissimam toti orbi sanitatem suam tuæ commisit peritiae, & te, ad medici honoris culmen evexit, gratulabunda *Majestati.*

Sed dum auspiciorum tuorum fœlicitate, temeritatem nimium adulor, permulti ad calumniam quam ad gloriam hac tempestate procliviores, tam sacrum, futuræ sibi à prima fronte in ludibria veritati, irrequietæ (verosimilis) nimis alta citra timorem sapientis jactantiæ patrocinium quæri, alienum non modò ducent, sed alieni à ratione ingenij. Hic hæsit non semel animus (*A. C. A.*) incœpti facinore, magis quam falsi periculo expositam cavillantium ingratitudini sapientiam, & nomini meo periculosam, pristinis tenebris opprimere jamdudum concitatus. Sed si tantos veteris veræque sapientiæ proceres, nec in alium quam verborum sensum deflexos, rationis & experienciæ comites, mei consilij vindices accipere non recuses; & te, supremum, in hoc veteris doctrinæ contemptu, eorum arbitrum & patronum constitui patiaris; primam hanc antiquæ sapientiæ partem te auspice redativam, quamvis nova saniorem & certiorem probabit quamprimum veritas; & *sui pariter, & regula falsi*: nec in posterum tam facile, juvenes, in hac nostra potissimum arte in qua bis peccare non licet,

*Fugienda patrum vestigia ducent.*

Iuv. S. 5.

Dum, mea non multum intererit, in *Monarchiæ* promulgatione parum sapientem à prima fronte haberi posse: qualem mori glorioius reputaverim, quam sapientiæ vivere, & paucorum imperium anteponendum esse profiteri. Maximè, cum ea in qua nasci me fœlicem, volueré superi *Monarchia*, tantum dederit nobis,


\* 3

E P I S T O L A.

medici juris & singularium in arte protectorem: cuius  
summum de me expectare & semper revereri judicium, &  
relietam perpetui obsequij gloriam ubique attestari, una  
mihi cista timorem sapientia.

Tibi deditissimus, & additissimus,

RAYMONDV RESTAVRAND  
Doctor Medicus.



ILLVSTRISSIMIS ET CONSULTISSIMIS  
**MONSPELIENSIS**  
VNIVERSITATIS  
MEDICÆ PATRIBVS,  
CANCELLARIO AMPLISSIMO, ET  
judici æquissimo,

Decano Reverendo, cæterisque Professoribus, Consiliarijs  
& Medicis Regijs.

RATMONDVS RESTAVRAND M. D.

S. P. D.



IPPOCRATEM Medicorum omnium  
vnicum Principem, ejus artem profiten-  
tium manibus teri, gloriosum equidem  
nobis est, (*Amplissimi Patres*) sed in alium  
quam verum sensum,

Nunc, ----- dimidium,

Iuv. S. 3.

Nunc, auriculis, nasoque carentem  
adduci, histronis alia dicentis & alia sentientis larvâ ve-  
lari, aut ut plurimum pro spurio, & \* quisquilijs adulteris \* Vanhel-  
haberi, nihil arti nostræ indignius ; nihil hominum sa- mont.  
luti, & reipublicæ literariæ splendori calamitosius. Hæc  
cum sedulò meditarer apud me, inter graves purpuræ  
medicæ in Collegio nostro vacantis decertandæ lucu-  
brationes, tam facilis intelligentiæ à prima fonte inveni;

18.

E P I S T O L A.

tam paucis ( inquam ) in ijs potissimum libris quos inaccessa tanti authoris mens, inter spurios alegare, coëgit expositores, consertos difficultatum mæandris; ut dolere magis quam demirari mihi licuerit , grave tantorum hominum infortunium, qui in eo enucleando & exponendo, tam infeliciter huc- vsque temporis insudarunt. Hinc, è collectis, sparsis per singulos illius libros Medicæ artis & sapientiæ divitijs, Hippocratis thesaurum componere, aut ( verius ) mentem exprimere conatus sum : cujus sinceritatem in publicis prælectionibus & celebri certamine , vobis nequaquam refragantibus experiri , nec mihi inglorium fore duxi ; nec assequendæ purpuræ Medicæ consilio adversum; quam, sincero soloque tanti authoris cultu , cui, supremam & immortalem vniuersus Medicorum ordo decrevit , inauditæ haetenus sapientiæ Medicæ notitiâ purpuram , & Athenienses coronam , demereri posse, facile cuique facile persuasum extare debet. Nunc autem quia me infausta causarum Collegij nostri dilatio, gloriosos apollinei pulveris carceres primitus salutatum, in patrios lares depulit insperata veluti quiete mulcatum : commentatio in *Hipp. magni librum de corde*, & in *varios textus ex i. de viet. ratione*, otij mei ex intermissa velitatione prodeuntis rationem vobis reddere debui; & animantis *Monarchiâ*, *Hippocratis magni Platonis* & *Aristotelis* seu sapientiæ principum insperato fœdere restitutâ , desideratam præcipuorum *Hippocratis* librorum explicationem inchoare non sine causa reputavi. Hic enim liber de corde, inter *Hippocratis* libros quod cor inter animantis partes existit; quo, ceteris doctrinæ radios ac quasi facem pretendente, vigeant illi ac veluti vivant : tenebris sepulto , atra longevæ ignorantie caligine veluti offusi,

illius

E P I S T O L A.

illius splendorem desiderent. Hic later vnicum Hippocraticæ veræque sapientiæ ut animantis naturæ fundamentum, & in primo de victus ratione reipublice medicæ conclave literarium : quorū orbat notitia, imperfectam, quasi ἐπομένην, veræque proportionalem sapiendi rationem tantum sortiti, jatricis, larvatos naturę hostes oppugnamus hactenus telis : quę quisquis perfectè sapiet, Hippocratem antea invium, inaccessum, nulliusque interpretis solertia ad verum authoris sensum enodatum, sine verborū permutatione & merā fere dictionis explicatione intelligi posse demirabitur. Magna quidem & quę scripto consignare non solum, sed & animo meditari me sup pudet, (*veniam date, A. P.*) at ingenua veraque scribo : quorum omnium levia hęc, sed prima veraque prodeuntis è certamine nostro Hippocraticę mentis cunabula, gloriōsis illius stimulis, & ab eo tempore, quo, solemnī tabularum vestrarum proscriptione, ejusdem rumor intonuit, nata, ne publice utilitati plurimū, & meo honori parum consulere videar, vestrīs judicijs submittere mearum partium esse duxi ; vt hoc obsequiosæ & submissæ gratitudinis meæ symbolo, graviora quæ latent in animo reverentiæ in vos monumenta internoscentes, verum noscatis tam dignæ Academiæ fœtum.

Meis hisce partibus (*A. P.*) circulationis sanguinis recens in arte introductæ, & extremam *Hippocratis* contra quem vel etiam hiscere religio haberi debet ruinam militantis solida & constans experientijs accedet confutatio : quam saniorum auctorum more, qui & pro illa, & contra illam stare & dimicare visi sunt in scholis medicis perfectam illius explorationem audire gestientibus, Collegij nostri judicio submittere debui : vt hoc, quasi

\*\*

E P I S T O L A.

auxiliari Deorum opera meis conatibus accedente , certum pateat omnibus sequendæ veritatis indicium : ejusq; fautores hac tempestate novitatum avidiore permulti , inexpertis quibusdam veluti experientijs decepti , & in Hippocratem nostrum quasi in medicę artis numen blasphemii, errore suo detecto , eum tanquam supremum bonorum omnium nobis verè parentem agnoscant : & in Ex Tacit. fælicem nostrorum temporum raritatem, ubi quid contra eum sentire , & sentientes dicere liceat , quam raram eorundem fælicitatem esse per vulgent.

Sed magis ( A. P. ) quoniam novas hac tempestate sententias, insolita nondum vulgatae in medicorum schoulis doctrinæ ratione , qualem in hisce commentarijs reperire non erit arduum , oppugnare periculosum haberi posset: ne veluti è Scylla in Charybdin, quamvis reipublicæ literariæ ægrorumque utilitati nec famæ libidini studentem, incidisse me, ij putent & cavillentur, quos

----- laqueo tenet ambitiosi

consuetudo malis

Iuv. S. 5.  
l. 13. & meæ magis quam Collegij nostri, & cæterorum medicorum gloriæ superbè inhiare jactitent, & seu

Perf. S. 5. grave quid cornicentur ineptè :

Tacit. 1. Quidquid in hisce paginis capit, quamvis ab Hippocrate Magno, Platone, & Aristotele, quos seu medicæ Ann. artis & Philosophiæ principes sua maiestas defendit, ad literam, & sine verborum permutatione, quæ apud metaniūm valent quantum sonant, summa cum fidelitate transcriptum, sub Collegij nostri judicio non solùm, sed & censura, debui juremeritò promulgare: ut sic ij,

Perf. S. 4. Obstipo capite, & figentes lumine terram,  
Murmura eum secum & rabiosa silentia rodant;

Aique

E P I S T O L A.

Atque exprorecto trutinentur verba labello.

Submisso itaque & humili in quantum possum animo suppliciter rogo vos (A.P.) ut, si quid in hisce commentarijs, ab eorum principum doctrina & veritate alienum reperiatis, conquirendæ utriusque & publicæ utilitatis libidine conscriptum putetis: si vero tantorum hominum mentem solidamque eorum doctrinam assenti; ut hujus non modò fautores, sed & acerrimos defensores, per summam humanitatem adesse non denegetis. Valete.



---

## ERRATA.

---

### IN PRÆFATIōNE.

Pagina 6. linea 26. lege ~~mixta~~, p. 11. l. 26. ~~tuncque~~, p. 12. l. 8. ~~naturali~~ ad nutritionem necessario, p. 12. l. 10. ~~mixta~~, p. 13. l. 16. ~~facta~~, p. 14. l. 17. ~~dele id est~~, p. 16. l. 34. ~~suppedant~~, p. 17. l. 18. permanere, p. 18. l. 8. ~~solicitans~~, p. 24. l. 24. ~~moveniss.~~

### IN PRIMA PARTE:

Pag. 8. l. 5. possint, p. 11. l. 10. fluctuatim, p. 14. l. 4. ac veluti influenter lege in ejus foveis, p. 11. l. 26. luxatio, p. 19. l. 14. tam, lege tamen, p. 21. l. 13. & trahatur, p. 30. l. 11. in partibus, p. 33. l. 18. Et lege at, p. 39. l. 13. internis, p. 41. l. 12. orcus dictæ, p. 61. l. 29. hic, p. 65. l. 3. alueus, p. 69. l. 3. hactenus ignotas, p. 81. l. 31. cum erodente pulmonem, p. 82. l. 4. staticum, lege alium, p. 86. l. 15. capiantur, p. 91. l. 6. aortam, p. 93. l. 10. dele retenendo, p. 98. l. 21. destituta.

### IN SECUNDA PARTE.

Pag. 3. l. 24. cerebro, lege universo corpori, p. 6. l. 32. procedunt, p. 5. l. 18. seu sensuum, lege & sensibilium, p. 11. l. 13. sensationum, p. 13. l. 3. colli, p. 16. l. 22. graviora, p. 20. l. 11. desertimur, p. 26. l. 2. vel tractione, p. 27. l. 13. dele quid, p. 31. l. 26. dele ubi, lin. 27. si debilis, p. 47. l. 24. pulmo è, p. 51. l. 16. adde in sine textus, & qua volunt. Explicatur, lin. 22. microcosmi, p. 70. l. 27. florente & facunda, lin. ibid. nutriti, p. 71. l. 24. nutriti.

### IN TERTIA PARTE.

Pag. 2. l. 31. reprimit, p. 11. l. 20. dele id est, p. 15. l. 32. esculenta poculentaque, p. 21. l. 17. attrahens, venas à ventre replet.

Orationis distinctiunculas in pluribus locis non bene appositas tu ipse restitues, L. B. & notabis, particulam seu, pro id est, aut pro scilicet, saepius usurpatam: & characteres romanos pro italicis substitutos in quibusdam locis.

LECTORI BENEVOLO  
PRÆFATIO.



ONDVM evictæ, quinimò magis ac magis in dies augescentis Hippocraticæ obscuritatis causas longa animi reputatione meditatus, varias, easque non modò graves, sed (quod pejus est) eradicatu difficillimas, compertus sum, Lector benevole.

Quarum non levior haberi debet, novas (maximè hac nostra tempestate) opiniones parturientium insanabile cacoëthes: qui grandem nomini suo veluti injuriam inussisse sibi videantur, ni Hippocrate ad scribendos appensarum in Æsculapij parentis sui fano curationum medicarum codices ablegato, & plerumque discripto, librorum suorum vestibula communi hocce superbentia carmine, insolita novitatis referrent argumenta.

Nunquam ita quisquam benè subducta ratione ad vitam,

Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi;

Aliiquid moneat, vt illa quæ te scire credis, nescias;

Et quæ tibi putaris prima in experiundo, vt repudies.

Quam benè autem in eos, vix dispari sensu, & parum mutato sermone, cuiusdam inter Sacerdotes Athenienses natu-

†

## P R A E F A T I O.

*Plato in Timao.* grandioris quadraret effatum : pueri semper estis & eritis, nec quisquam è vobis senex ; quia juvenis vobis semper est animus : in quo, nulla est ex vetustatis cōmemoratio- ne prisca opinio, nulla cana scientia : & ideo vobis con- tigit, vt multa & varia hominum exitia fuerint, fiāntque maxima. Harum enim opinionum occasione dictum esse quondam non sine causa putaverim : fœlices medicos, quorum errores sol videt, & tellus operit.

*Nicocles.* Altera nondum evicta Hippocraticæ obscuritatis causa, nativa est dictionis librorum Hippocratis difficultas, oracu- lorum sèpius emula : quæ permultos coëgit ad verborum non modò permutationem ; sed & calumniam authoris impruden- ter confugere : alios nihil Hippocrate dignum in libris qui ex illo vulgo circumferuntur agnoscere, quod à Galeno non fue- rit approbatum. Hi, quamvis supra Hippocratem sapere, insanire potius sit, vt communi proverbio fertur, Hippocra- tem sine Galeno sapere non posse veluti decreverunt : insa- Comm. in nia fortassis in eo propiores, quod Galeni effatum approbare 6. Epid. non modò, sed & laudare videantur : in obscuris scilicet Hippocraticis sermonibus, vltérius tempus non esse teren- dum : quod etiam iniquum reputent posteri ; cum eâ scrip- turas suas obscuritate, datâ operâ celaverit Hippocrates. Lib. de flat. & lib. de lege. Cum enim ars medica sit à natura, vt ait, & scientiæ orgijs initiatis solis aperienda : quid ille ingenij omnibus, medicæ arti addiscenda vix natis, facilitate dictionis aperuisset ? quibus doctrinæ tam gravis ignorantia, cum superbia mentis plerumque conjuncta, indelebile vitium pro- duxisser, quod ne Æsculapius quidem ipse cum omnibus suis musis sanaverit.

*Gal.* Tertia quæ vt à multis seculis inter philosophantes & medicos gravem discordiam produxit, fovere non desit, causa

## P R A E F A T I O.

causa, exintestino inter Aristotelem & Galenum dissidio,  
& opinionum discrepantia originem mibi videtur habuisse.  
Galenus enim præ ceteris auctoritate gloriae avidus, ingen-  
tem sibi offerri illius campum, in quo fœliciter excurrere pos-  
set, sibi persuaserat, si tantum hominem, cuius fama suo tem-  
pore supra ceterorum famam antiquior aderat, carpere pos-  
set: & sibi jure, vel injuria subjiceret: dumque philoso-  
phiam cum arte medica, ab ipsis Hippocratis magni tempori-  
bus fere inculta, varijs in ejus libros commentarijs sociare  
conatus est, latentis in eum ( & fortassis in Hippocratem &  
Platonem, quos magis torquet & carpit, quam enucleat ) ob  
gloriae stimulos odij non oblitus, ab ejus doctrina, in quantum  
potuit, recedere tentavit: non agnoscens, aut prælivore sub-  
ticens, quæcumque fere circa naturam animantium ab Ari-  
stotele in libro de historia Animalium conscripta, à magno  
Hippocrate mutuata: cuius libros communi jactura invol-  
vendos cogitaverit Aristoteles, aut partim involuerit, si  
multorum accusationi fides habenda sit: quos suos libros re-  
censet Hipp. i. de vici. rat. Hæc eadem famæ libido, Gale-  
num movit, τεῦχον in microcosmo, prostrata, ut ipse sibi  
persuaserat, Aristotelis monarchia, introducere: & ita tri-  
plicis differentiæ satellitio, id est spiritibus stipatas tres prin-  
cipes partes in animantis natura effingere: quarum utraque,  
proprio suffragio functiones edat. Ex qua opinione, & frau-  
dulento universæ doctrinæ fundamento, Hippocraticæ contra-  
rio, ut tanquam ex equo Trojano, omnis generis mendacia, &  
hominum interneciones prodierunt: sic difficultati dictionis  
varios Hippocratis lectors à prima fronte deterrentis con-  
juncta, magis ac magis auxisse Hippocraticæ scripture ob-  
scuritatem non est quod miremur. Quid enim animalium  
functionū, earumque symptomatum causas, apud Hippocratem

† 2

## P R A E F A T I O.

in vano spirituum animalium influxu queras? Quid vi-  
rium labentium principia, eorundem vitalium inanem jaētu-  
ram statuas? Si fatiscat natura; spiritus naturalis reus esse  
non debet, cum nullus sit. Utque inutili opera, sic & falsis  
quasi criminibus intrā tot agrotantium cruciatus & queri-  
monias, hos spiritus quisquis insimulat, cum ij.

Fugiant rapidis ludibria ventis.

Neque vñquam Hippocrates, talium satellitum, nec partium  
principum, quarum exequantur officia, mentionem vllam fe-  
cisse videtur; sed vt vnum agnovit functionum omnium in-  
strumentum, nimirum ignem; meritò vnicam in corpore par-  
tem constituit, que cæterarum, vt & functionum omnium im-  
perio præst; cors scilicet, in cuius sinistro ventriculo, anima,  
id est ignis illius instrumentum habitat, & reliquæ animæ,  
id est, reliquarum partium igni, imperat.

Hæc Aristotelis, cum medicam artem proficentibus opinio-  
num dissensio, vt potissima est Hippocraticæ obscuritatis cau-  
sa: sic illi quām maximè ad facilem librorum Hippocratis eno-  
dationem prospiciendum esse putans, mutuum Hippocratis  
magni, seu medicorum omnium solius principis, Platonis &  
Aristotelis fædus componere, restituta eorum assensu micro-  
cosmi Monarchia, decrevi: in qua, citra spirituum, cujus-  
cumque roboris & gradus, auxilium, & solius ignis aërem  
& sanguinem in animante moventis beneficio, cujuscumque  
differentiæ functiones in hisce commentarijs agi conspicies,  
Lector benevole: in cæteris tandem Hippocratis libris, vix  
dispari agendi ratione; si Deus ille, qui sapientiam præstat  
parvulis, mihi vitam concesserit, processurus.

Liceat autem de universa arte medica à nobis ad tantorum  
hominum mentem exaranda, & de ijs quæ à cæteris eorum in-  
terpretibus scripta sunt, eadem quæ Hippocrates i. de vict.  
rat.

## P R Æ F A T I O.

rat. præfationis loco hic subjungere. Si quis (ait) ex his  
 qui antea de hominis victus ratione, quæ ad sanitatem  
 spectat, scripserunt, omnia in totum cognovisse, & quan-  
 tum humanus animus complecti potest, scriptis compre-  
 hendisse mihi videretur, satis esse putarem; si aliorum la-  
 bores, quos rectè susceptos esse existimarem, ad eorum  
 cuiusque virilitatem accommodarem. At verò cum mul-  
 ti jam ea de re scripserint, nullus tamen quod scriben-  
 dum fuit, rectè mihi novisse videtur. Alij quidem aliud  
attigerunt; totum verò ne vñus quidem, adhuc ex his qui  
ante me extiterunt. Neque tamen eorum quisquam re-  
 prehendendus, quod invenire non potuerint: quin pótius  
ludandi omnes, quod quædam investigatione aggressi  
 sunt. Neque ergo ea quæ rectè dicta non sunt, arguere  
 decrevi; sed his quæ abundè sunt cognita, assentiri in ani-  
 mo habeo. Quæ igitur ab ijs quæ ante nos fuerunt re-  
 cte dicta sunt, de his fieri non potest si aliter scribatur,  
 ut rectè scribam. Quæ verò non rectè dixerunt, si ea  
 quidem quod ita non habeant redarguero, nihil profe-  
 cero. At eorum quódque quomodo rectè habere videa-  
 tur exponere, & declarare est animus. Hanc autem orationem ideo proponendam esse duxi; quod plerique vbi  
 aliquem priùs de re aliqua differentem audierint, eum  
 qui posteriùs de his rebus disceptat, non approbant:  
 nescientes ejusdem mentis esse, de his quæ rectè dicta  
 sunt cognoscere. His ergo quæ rectè dicta sunt, velut  
 dixi, assentior. Quænam verò sunt, quæ non rectè fue-  
 runt cognita, aperiam. Quinetiam quæ eorum nullus,  
 qui ante me fuerunt, explicare aggressus est, qualia fue-  
 rint demonstrabo. Hæc Hippocrates. Quæ ut perfectius  
 ad eorum hominum mentem consequi valeam, nullius inter-

† 3

\*  
1. vñs  
Natiōne

## P R Æ F A T I O.

pretis opem in subsidium commentariorū nostrorum implorabos  
 maximè, cum, nullam nisi à seipsis, tam gravis ponderis homi-  
 nes patientur; sed omnia ex reconditis illorum scriptis ad literam deducere conabor: hoc vnum submisse te rogans, Lector  
 benevole, ne me, quid de his quisque sensurus sit, arro-  
 gantis non modò, sed & dissoluti animi motu considerare,  
 neglexisse tibi persuadeas; sed in medici sub sapientiae prin-  
 cipum auspicijs in publicum prodeuntis gratiam, juramenti  
 ab Hippocrate solemniter habiti memor existas. Hoc autem  
 jurejurando affimo (ait ille) medicum generosum &  
 ratione vtentem, nunquam alterum invidiosè calumnia-  
 turum esse: sic enim animi impotentiam proderet. Quod  
 si errorem meum agnoscas, humanè, & ut Christianum dece-  
 moneas me: si verò veritatem, Hippocratem nostrum sequa-  
 ris, & protantorum hominum fædere gratuleris.

Ignosce autem, Lector benevole, vehementi quo pate-  
 facienda eorum procerum magis quàm mæ mentis feror ani-  
 mo, coactam ac præmaturam quam hic referto, probandorum  
 in hisce commentarijs collectionem, quasi omnium fundamen-  
 tum: quo probè instructus, si ad cæterorum lectionem accedas,  
 facilem gravioribus difficultatibus hujuscè non modò commen-  
 tarij, sed & cæterorum librorum Hippocratis superandis viam  
 parari conspicias & quo, cæteris integrè pensitatis, nihil cer-  
 tius nec verius tandem esse comperies.

In homine, & in cæteris viventibus, duplex natura ag-  
 nosci debets alia mixta, alia viventis: in quantum enim mix-  
 tas ex elementis constellantur, potestate mixtorum naturam con-  
 stituentibus: in quantum viventia: id est, animata & dupli-  
 ciatu*re* principio constant, igne scilicet & aqua. Hipp.

Per aquam, quid in homine aquæ elementari cognatum in-  
 telligo, massam scilicet sanguinem citra substantiarum dis-  
 remp

Cicer. i.  
Offic.

Lib. de  
decens.  
ornat.

I. de vitt.  
rat.

## P R A E F A T I O

remptum & secretionem: ex qua ut omnia constant, sic & nutriuntur. Generatur autem in ventriculo ex cibo potuque perficitur in hepate: asservatur in venis: frigida ab Hipp. dicta, sed calescens: quia influentem ab arterijs & corde ignem suscipit: quo, ex sua natura & aquæ elementaris instar frigida, moderato calore donatur.

Per ignem, quid igneum aut potius quid in homine igne cognatum, id est ignem, cum ejus natura, aut portione quadam illius, maximè cum veri sanguinis portiuncula, quam illustrem vocat Hipp. in corde associatum intelligo, quo totius corporis substantia calet: & qui cæterorum ignium modo, aëris secreti respiratione subsistit, privatione extinguitur. Animus ab Hipp. simpliciter dicitur, calidum, & sanguis calidus: ab Aristotele sanguis palpitans: à Platone sanguis impetu quodam manans: à recentioribus sanguis arteriosus. Et ita secundum veterem doctrinam duplex sanguis statuitur: alius frigidus, sed calescens, qui ab Hipp. animus, ignis & aquæ temperationem sortitus: & aqua dicitur: à recentioribus venosus sanguis: & massa sanguinea: in quo frigiditas calorem externum superat: alius calidus, ignis dictus: in quo caliditas superat frigiditatem: unde secreti externi aëris respiratione cæterorum ignium more nutritur. Illius autem lar, cor existit, maximè sinister illius ventriculus: è quo in cæteras partes, palpitante veluti circulatione, derivatur.

Hæc autem de igne animantium, ad mentem veterum, si tibi nimium ob brevitatem à prima fronte difficulta videantur, Lector benevole, quæ de igne in prima universi procreatione senserit Hipp. à nobis veluti per digressionem commentariorum sterilitati & obscuritati satisfacturam inferius afferenda, diligent meditatione tecum reputa. Sic autem Lib. de effatur Hipp. Calidi pars maxima, cum omnia perturbata car.

animus.  
calidum  
Sanguis calidus  
Sanguis palpitans  
Sanguis impetu-  
quodam manans  
Sanguis arteriosus

sanguis  
frigidus  
sanguis  
venosus

## P R A E F A T I O.

essent, in supremum ambitum secessit, quod mihi videntur veteres æthera appellasse. Cæteris tandem elementis, que ad omnium productionem concurrunt, continuata orationis serie enarratis, sic subdit. His igitur, id est elementis, in orbem agitatis, cum turbata essent omnia, calidi magna pars aliâs in terra relicta est, partim quidem magna, partim verò minor, aliâs etiam valde parva, sed in multas partes divisa.

Ad hujus autem textus faciliorum intelligentiam primò supponendum est: quod quamvis inter calorem & ignem existat hæc differentia, quod calor accidens sit, ignis vero caloris principium; quia tamen calor, accidens proprium existit, nunquam sine proprio subjecto, à quo emanat ceterorum accidentium priorum more, reperiri posse: ut sic necessariò est: ubi calor actualis est, ignis actualis & formalis existat, qui hujuscemodi formalis Ignis existare debet, caloris principium & subjectum haberi debeat. Hac ratione merito Hipp. calidum pro igne sumit: quia ut calor sine igne esse non potest, sic ignis solo calore, qui veluti illius natura habatur, sensibus manifestum se prodit.

Deinde supponendum est, ignem in duplice esse differentia: alius enim purus est, alius verò mixtus: id est, cum alio corpore, v. g. carbone ligno sanguine, quorum formam nec sibi propriam habere videtur, associatus. His sic suppositionis rectè Hipp. quintuplicem ignis in prima omnium generatione differentiam assignat. |||||

Primus ignis cœlestis est: id est, quo cœlestes conflantur axes & sidera lucent: quem ex omnibus perturbatis, id est ex omnium informi rudique massa, & indigesta futuri orbis mole deducit: que tenuioris ac quasi pinguioris portionis incandescentis instar primùm diffusa, in supremam totius masse superficiem cœlos & æthera secesserit, ut tandem in

3. degen.  
anim.  
cap. II.  
quinqua  
Ignium —  
Differentia

1. Ignis-  
cœlestis

## P R A E F A T I O.

*in astris ostentaretur. Hic ignis purus, est ab omni massa & corporum concretione & mixtione solutus & expurgatus: ceterorum tamen ignium more ad prædam tenuioris aëris in siderum circuitu perenniter existentis movetur: quod docet Hipp. ubi ait: quin etiam solis lunæ, & astrorum cursum spiritus dirigit. Igni enim spiritus nūnū-  
mentum præbet, coque privatus ignis vivere non potest.*

*Atque adeo perennem solis cursum perennis, & tenuis aër esse facit. Hunc ignem agnovit Arist. Hoc enim Lib. 3. de genere ignis (de puro & propriam formam circa associationem habente loquens) apud lunam quærendum esse ait.*

*Alter ignis in centro terræ latitat, his verbis comprehensus, calidi magna pars aliæ in terra relictæ est: nec cum materia quam depredetur, associationem habet: sed purus est: ceterorum tamen ignium more aëre, ex aquis attracto, nutritur. Hic aestuum maris causa evadit, ut in tertia hujuscemodi libri parte aperietur.*

*Duas has puri ignis differentias agnovit divinus Plato ut Intima. ibidem dicetur. Hinc enim ignem, universi animam vocat, quam in centro terræ, & medio orbis tanquam in corde loco seniorem Deum ait: in quo, medio scilicet, semper quærendum esse hoc principium docebimus ex Arist. eaque anima, id est, igne, exteriorem universi superficiem, etheream scilicet partem, ut ait Hipp. exteriùs circumdatam esse profert.*

*Tres aliae ignis differentiae nostratem ignem includunt, qui vel prædominans est, ut in carbone ardente & accenso, vel prædominatus, ut in carbone simpliciter calido, vel potentialis, ut in carbone penitus frigido & extincto. Has tres differentias ut in animantis natura facili ratione concipias*

2. Ignis  
In centro  
terras

3. ex ignis

1. Ignis  
prædominans  
2. Ignis  
prædominatus  
3. Ignis  
potentialis

††

## P R A E F A T I O.

exemplum tibi constitue in corpore quodam fusili & liqua-  
 bili, qualia sunt metalla, æs, stannum, plumbum, &c. que  
 cum sanguine hac ratione proportionem habent, qui, ut ait  
 Hipp. non secus ac in fornacibus fusorijs fabri facere as-  
 cord. text. solent, forti igne in cordis foveis & cavitate tanquam in  
 fornace suis follibus instructa liquatur, funditur, humecta-  
 tur; ejus defectu concrescit & glutinatur. Hæc metalla tri-  
 plicem ignem in se habere possunt, prædominantem primò  
 qui partim magnus ab Hipp. nuncupatur: ubi enim valido  
 succensæ fornacis igne liquata fuerint, ignescunt, ebulliunt,  
 & cæterorum ignium more aërem frigidum quo repercutiun-  
 tur, ad nutritionem ignis non modò respirant; sed etiam la-  
 tentem in humida materia aërem interius educunt, quo dum  
 ignis nutritur, validius cum materia liquecente associatur.  
 Simile quid in animante contingit. Portio enim quædam veri  
 sanguinis illustris ab Hipp. dicta, in cordis cavitatibus & fo-  
 veis funditur, ignescit, ebullit, & ex eo per arterias non secus  
 ac materia fusa ignita, per canales ad id munera fabricatos  
 palpitante ac quasi respirante motu derivatur: quemadmo-  
 dum autem materia in fornacibus succensis ignita, si aëre or-  
 betur, fornacem deserit, & ebulliendo in superas & extre-  
 mas illius partes irrumpit: sic sanguis in corde tanquam in  
 fornace liquatus, si aëre exteriori per externam potissimum  
 respirationem adveniente privetur, ad exteris corporis par-  
 tes vendsque defertur, cor deserit, exhalatique in eas cordis  
 calore, emoritur animans; qui hac ratione calidum per cu-  
 rem vaporem exhalat, qui repercutius à frigiditate partium  
 in crassum persepe sudorem vertitur & incrassatur; dum  
 nares spiritum frigidum è corde efferunt; signum lethali-  
 us. 27. le; vitale vero contrarium, ex Hipp. Hic autem ignis,  
 prædominans & partim magnus, ab Hipp. nuncupatus,

Ignis prædominans /  
 partim Magnus — /  
 Et sentientis Naturæ /

## P R A E F A T I O.

*Ignis*

sentientis naturæ à me dicetur : quia sentientia à vegetantibus hoc igne quasi anima differunt : utque ab illo functiones omnes animales procedunt , sic eo deficiente deficiunt. Hic ignis purus non est , sed non secus ac in metallis ignitis cum eorum materia , sic in animante , cum illustri sanguinis portioncula associatus , quid igneum potius quam verus ignis existit: unde ab Hipp. partim magnus indigitatur ; quia aliquis compositi quod deprædatur , cuius naturam induere videtur , pars esse putatur.

Alter ignis prædominatus existit , & ab Hipp. partim minor dicitur , id est , cum materia quadam superante , cuius prædominatio minor existat pars , associatus : quem ex materia in fornacibus partim minor fusa , & liquata facili ratione in animante concipes : hec vegetantis enim è fornace per alveos , & canales in proplasmata deducuntur , in quibus non amplius ebullit , sed remisso calore tandem incrassatur & cogitur , nec tamen impressum ab igne fornacis succensæ calorem omnimodè quamprimum amittit , sed fovet , quamdiu latentem in stanno , plumbo , & ceteris metallis aërem ad nutritionem attrahere potest. Simile quid in animantis natura contingit : sanguis enim calidus ignis dictus , è corde tanquam è laribus & fornace succensa , per arterias in solidam corporis substantiam perveniens , & sanguinem in venis permeans , sanguinem excalafacit tanquam in officina ærariæ , ait Arist. partes etiam moderato calore donat , & tandem aëris in sanguine diffusi ope in partes externas , v.g. de die & intrà vigilias , tanquam in proplasmata sanguinem sollicitat , tuncque ignis in partibus hisce , suum imperium habere , & in maximo naturali , viventi ad motum necessario esse dicitur ab Hipp. tandem eodem igne è corde ad internas corporis partes intrà somnum & noctu devoluto , & in maximo naturali in ijs existente , in externis in minimo esse

*ut in salus  
de pines  
Hippis  
Folius que  
terius*

*Ignis  
partim Minor  
Natura*

*Lib. de  
spir. caput*

*1. de viti.  
rat.*

†† 2

## P R A E F A T I O.

dicitur: sicque attracta vi ignis moventis in externa partium  
 substantia sanguis, tanquam es fusum in proplasmate, ignis  
 imminutione, & influentis absentia cogitur, apponitur, & vna  
 Lib. de car. cum igne superato incrassatur: quia ut ait Hipp. multum  
 frigidi est in humido, nimirum in quantum humidum  
 condensare queat: sicque aqua suum habere impetum, &  
 in maximo naturali in hisce partibus esse dicitur, in opposi-  
 tis, in minimo. Hic autem superatus coactus ac alterius  
 corporis concretione veluti detentus ignis, aëris secreti respi-  
 ratione, [non tamen prædominantis in corde & arterijs sed in-  
 star] nutritur, sed ejus, quem latentem & cum humore coa-  
 ctum sensim dissolvit, & deprædatur. Hic ignis vegetantis  
 naturæ à me dicitur: quia sua debilitate aquæ impetum &  
 victoriæ non tamen sui cladæ paciente, nutritionem, humoris  
 appositione procurat ac quasi perficit: & prima sui cum hu-  
 mido seminis in utero inclusi participatione, vitam incipit ve-  
 getantem: qua fœtus primum subsistit, quasi plantanimal  
 constitutus: tandem in corde saliens & puncti rubescens in-  
 star palpitatione se prodens, sentientem communicat: &  
 quia semper cum materia quadam superante associatur, cuius  
 pars esse videtur, partim minor ab Hipp. nuncupatur: quia  
 impurus est, & alterius materiæ veluti ergastulo coercetur.

Ignis  
 ualde parvus  
 seu potentialis

Vltimus ignis, aliás valde parvus, sed in minimas par-  
 tes divisus dicitur ab Hipp. & potentialis ignis existit, qua-  
 lis reperitur in metallo concreto, ubi ad ultimum deficientis  
 actualis caloris terminum pervenerit: in eo enim latet ignis,  
 sed in minima naturalia sui divisus, & sic cum ceteris elemen-  
 tis in minima naturalia sui redactis & divisis, talibus quæ  
 In Timaeo. propter parvitatem cerni non possint vnius, ait Plato:  
 potentialis autem dicitur quia actualis ignis veluti semen  
 existit, & ex se impotens est, ut proprietatem suam caloris  
 ad nutritionem necessario emanet

## P R A E F A T I O.

emanet, nisi ab agente quod calorem actualem habeat, secundum partes divisas vniatur, ac quasi formam, qua minimo-  
rum naturalium vnio existat, acquirat: quod si contingerit,  
ignis, vnone partium in potentia existentium, ab alio actu exi-  
stente, id est, ignem vnitum obtinente & actu calido, generari  
recte dicitur: & sic verè ait Hipp. nihil oritur quod prius <sup>de vita.</sup>  
non erat, nihil quidem omnino perit, verùm invicem <sup>rat.</sup>  
commixta, id est, vnta, & secreta, id est, divisa, alteran-  
tur. Animantium corpora potentiali hoc igne conflantur in  
quantum simpliciter mixta: qui in eorum substantia in minima Ignis In  
divisus cum ceteris elementis simili ratione divisus subsistit minima  
eamq; complet; & ut ait Plato, crebris hujusmodi clavis divisus  
conjunctis vnum ex omnibus corpus efficitur: ejus de-  
fectu & præsentia, mortua ad tactum non calent, sed frigida  
apparent; si verò alterius corporis calidi præsentia foveatur,  
minima naturalia ignis in mixto vniuntur, & facta in cada-  
vere contrariarum dispositionum per earum in minima divi-  
sionem & alterationem corraptione, ignis actualis in mixto  
generatio fit; qui suum derepente calorem emanat; quo putrida  
corpora, eo quamprimum humores latenter dissolvente, dif-  
fluere solent.

Hic ignis, nec purus, nec impurus est, sed inter utrumque  
ambigere videtur: cum nec alicujus ignei, id est, ignis asso-  
ciati, sed mixti cum quo ignis actualis associari possit, pars  
sits nec ignis sit, ab omni materia exutus & liber, ut purus  
existat: cum utriusque ignis veluti semen sit: ut non mirum  
haberi debeat, si Hippocrates vocem illam partim, ut in duo-  
bus alijs sublunaribus, prætermiserit in istius ignis distinctione  
& descriptione.

Ex hac importuna crambis repetitione magis quam digres-  
sione tandem conclude, Lector benevole, in homine præter

## P R A E F A T I O.

ignem mixti potentiale dictum; duplicitis differentiae ignem  
 adesse: predominantem alium, partim magnum ab Hipp.  
 Sanguis — dictum; qui cum pauca veri sanguinis substantia illustri dicta  
 arteriosus — associatus ebullit in corde & arterijs: aeris secreti respira-  
 Substantia — tione duplii inferius afferenda subsistit: privatione extin-  
 Illustris dicta — guitar: & sentientis naturae a me indigitatur: a quo fun-  
 Igne predominantie — nante seu — etiones omnes animales procedunt: alium vero predominantie  
 partem magno — tum, partim minorem ab Hipp. dictum, quo sanguis veno-  
 Caleat. — sus, & concreta corporum substantia calent: quo, aut potius  
 Sanguis — cuius defectu & debilitate, apposito substantiae nutrientis,  
 arteriosus — perfectum finem sui concretione acquirit, vegetantis naturae  
 Caleat Igne — indigitandum.

Generantur autem huius ignes, ex igne potentiali, tanquam  
 illorum semine, in spumoso seminis corpore latitante: id est,  
 ato; seu — ex igne in aerea seminis parte potissimum hospitante, que in-  
 partim — clusa & frigidi commercio in utero orbata, & ~~in~~ in loco  
 minor — Lib. de calido sit, ait Hipp. ignis, ~~in~~ sui unione excitatur & calo-  
 nat. puer. rem emanat predominantem primam quo fetus incipiens vege-  
 tatio; tandem predominantem, qui in corde & arterijs saliendo  
 percipitur: ut non immerit, hunc ignem spiritum connatum,  
 id est ignem ex aerea seminis parte excitatum, & quid aereum  
 calidum in partibus ab ipsa formatione constitutum indigita-  
 verint: ut dicetur in Comm. i. agendo de foetu, fol. 89.

duo principia — Hac duo principia, ignis scilicet & aqua, ut animantis  
 Ignis Et aqua — naturam constituunt, sic ejus functionibus, nutritioni scilicet  
 Hipp. i. de vitiis. rat. & motui satis sunt: cum ut aqua omnia nutrit; sic ignis  
 seipsum, & cetera moveat.

Ut autem ipsis principiis viventis naturam conservari  
 aquum fuerat, sic utriusque principi, & per ea, naturae con-  
 Hipp. i. de vitiis. rat. servationi mira providerunt industria superi.  
 Primum enim quia haec principia usu quidem consentientia,

sed

## P R A E F A T I O.

sed facultate id est, qualitatibus discrepantia sunt, ignis calidus & siccus, aqua frigida & humida; in duabus partibus corporis produci voluerunt; è quibus dum in ceteras ad vita conservationem derivantur, ne alterum de socio & hoste facile posset in proprijs laribus triumphare, obliquitate vasorum, periculose in utriusque officina alterius summum commercium prohibuerunt. Ut ergo sanguinem in hepate perfici, ignem in sinistro cordis ventriculo generari decreverunt, sic crassis hepatis orbarunt arterijs cor, saltē sinistrum illius ventriculum, venis; ne sanguine in eum, & igne in hepatis irrumante faciliter superarentur.

Tum quia hæc principia per omnes corporis partes commercium habere necesse erat, vasa tanquam alveos ex utriusque principij officina diduxerunt; arterias ex cordes venas ex hepate; quæ communem per universi corporis partes materiam ignis & aquæ mixtione constitutam incessanter deferrent. In hisce autem vasis tanquam in officina ærariæ calidum latitans, & è corde procedens, sanguinem calefacit; in arterijs plusquam in venis; quia arteriæ calidi plus continent quam venæ; ait Hipp.

Hocque ut continua vicissitudine præstet ignis, & sanguinem in omnes corporis circumferentias sollicitet, triplices è sinistro cordis ventriculo, per arterias, in venas & partes circulationes facit in se in vicem intrò & foras tendentes, id est tum in interna, tum in externa corporis superficie per quandam

portionem eorundem vasorum procedentes. Prima; media, & tertia solis facultate dicitur: fitque è sinistro cordis ventriculo per aortas superiorem scilicet & inferiorem, ex his per arterias in media, quavis corporis circumferentia interna scilicet & externa cum tate cavam & jugularem in dextrum cordis ventriculum, & per

prima circulatio

Dicitur circulatio media,

Et circulatio solis facultate:

Et In fine huius paginis explicatur.

## P R A E F A T I O.

2<sup>a</sup> Circulatio

Sidexum —

Facultate —

Dicitur —

3<sup>a</sup> Lunæ

facultate

vocatur —

Hipp. lib.  
de flat.

{ Ignis re-  
spiratio-  
nes.

Hipp. lib.  
de flat.

Septum transversum in sinistrum. Altera, siderum facultate dicitur; fitque è sinistro ventriculo & aorta superiore & inferiore, per arterolas cum venulis, in vena cava ambitu, præter ventrem, citra anastomosim junctas sive contiguas. Tertia, lunæ facultate vocatur: fitque, ab eodem sinistro ventriculo, & arteria magna sed inferiore, per arterolas & venulas in vena porta, & ceteris ventrem internum ambientibus contiguas, ex hisque per venam cavam in cor, ut superius dictæ.

Vt verò igni spiritus nutrimentum præbet, eoque privatus ignis vivere non potest: sic è sinistro cordis ventriculo in arterias, & ex ijs, exterius & in venas, circulations habet, ad tenuioris aëris prædam: & sic, perennem solis cursum in homine ut in orbe, perennis & tenuis aër esse facit. Hunc autem aërem dupli respiratione sibi conciliat.

1. Ignis

Respiratio

superior

Dicitur

Lib. de  
cord. text.

Prima respiratio superior dicitur, fitque ab arterijs in extnum corporis ambitum desinentibus, & à vena arteriosa è bronchijs pulmonis, quæ quidē arteria, & vena ipsa arteriosa, (quam, arteriam dextri ventriculi vocat Hipp.) ut calidum pellunt exterius in diastole, sic frigidum in systole ad sese aërem trahunt.

2. Respiratio

inferior dicitur

+ Lib. de

morb. sacr.

dva. art. vicia

re. r. quia

\* Lib. de

flat. Ta-

mu. r. o.

ven. mu.

Altera respiratio inferior dicitur, fitque per arterias calidum in venas intrà diastolen, ut in superiori dicta, pellentes;

+ Lib. de quo, aër è sanguine quasi aqua, quæ aër potentia est (ait Arist.) disgregatur & trahitur. Hunc autem aërem è ventriculo, seu stomacho, vna cum cibo potuque trahunt vene, vel respirationis, vel nutritionis vi: quas venas hac de causa corporis spiracula vocat Hipp. & arterias, quibus, aërem, milieui rō venæ, exteriorque ambitus suppeditant, \* aëris p̄genus:

Hujusce autem ignis in varias corporis circumferentias ad

— — — — aqua patentia aer est. — — — — predam

## P R A E F A T I O.

prædam tenuioris aëris sese moventis occasione fit, ut cum de die & estate tenuior in exteriore corporis superficie, id est respiratione superiore, sese offerat aër, è contra hyeme & intrà somnum, & viceversa in interiore ventris respiratione, de die & estate, frigidiores sint ventres; hyeme & in somno, calidiores mutuaque semper sit aëris ex duplice respiratione advenientis, frigidi & calidi distributio; qua, vita sanitásque subsistunt.

Hoc aëre per duplìcem respirationem in corporis partes subeunte, & ab igne tandem diffuso, cujuscumque differentiae lationes, id est motus locales in animante producuntur: in cordis enim & arteriarum cavitate, saltum parit; in fibrarum musculosarum cavitate syringode, flexionem; in sanguine, confluxionem. Ut posterius demonstrabitur.

Ignis nostras elementaris dictus, duplii pariter aëris frigi calidiique quasi respiratione subsistit, non secus ac ignis in animantis natura latitans. Ut enim primum sine associatione permanente non potest, & ut ait Arist. non propriam formam habere videtur, sic ignis viventium more qui cum illustri sanguinis portiuncula conservatur, cum alia materia, v. g. cum carbone associatur; ejusque formam simul habere videtur; carbóque ardens ut sanguis calidus nuncupatur: ut ait Arist: tum aëre exterius tanquam per superiorem respirationem attracto nutritur: quo si orbetur, statim suffocatur. Nec solùm externo, sed interno & in ligno latitante, aut in il lud attracto, non secus ac in sanguine, veluti per respirationem inferiorem nutritionem habet; quem cum deprendatur & è carbone disgregatur & trahit, carbonem exhaustum, & in cineres terramque resolvit. Ut autem de die & estate, ignis viventium, in partes externas ad tenuioris quia calidioris aëris prædam in circuitu corporis existentis movetur, & minus in

†††

## P R A E F A T I O.

partibus internis calefacit, è contra hyeme & de nocte; sic &  
ignis in carbone associatus, intrà calidioris temporis inclem-  
tiā, estate, totus in aërem externum effunditur, & car-  
bonem minus consumit; è contra hyeme carbonem potentius  
deurit: quia latens in carbone aër exteriori aëre ambiente te-  
nuior quia calidior extat; ad cujus magis quam ad exterioris  
utpote frigidi ac proinde crassioris quo repercutitur prædam  
sollicitatus ignis, efficacius cum ligno associatur; ipsumque  
consumit.

*Vt verò triplici ignis circulatione & dupli aëris respi-*  
*ratione totius animantis aëconomia conservatur, & vt ait*  
*Plato: quoniam membra mortalis animantis in mutua*  
*quadam cognatione genita, vitam necessariò in igne &*  
*spiritu possidebant, sic ab igne & ab aëre, non secus ac à*  
*sanguine quo partes corporis constant, tuuscumque differen-*  
*tiae functiones hac ratione procedunt: ac primò vitales in*  
*pulsu cordis & arteriarum, & respiratione pulmonis conſi-*  
*stentes.*

Motus Cordis. *Cordi, in supera ipsius parte, id est basi, duplex auricula à*  
*natura praefecta est, cuique ventriculo sua: Ha autem instru-*  
*Hipp. lib. de corde, text. 24. menta sunt quibus aërem natura in cor rapit: mollieris*  
*& rioris substantiae: vt ignis in utroque ventriculo impri-*

Motus Cordis. *tamen facultate habitantis calorem facilius quam cordis sub-*  
*Duxta — Hippocratis substantia crassior densiorque persentiant, & facilius ad frigidi*  
*uerba — aëris attractionem erigantur & distendantur: ubi enim pri-*  
*mùm incalescere incipiunt intrà diastolen in qua subsident, &*  
*ignis in corde intumescit, eriguntur & dilatantur; vt frigi-*  
*dum calori interius demulcendo aërem ad se trahant: hinc*  
*subsident cor, eoque subsidente, ignis ex utroque ventriculo in*  
*arterias, id est in aortam è sinistro, & venam arteriosam è*  
*dextro, valvulis earum hyantibus qua data porta ruit; dum*

ex

## P R A E F A T I O.

ex ijsdem vasis, seu aëris promptuarijs frigidus aér in cor &  
 illas auriculas subit. Sed attractus in utraque auricula fri-  
 gidus aér ab igne tandem diffunditur & rarefit; ampliusque  
 spatum in quo intumescat exposulans, in ventriculos effun-  
 ditur, eos validè impellit ad ignea gravitans, ait Arist. id <sup>Lib. de</sup>  
 est, resistentiam & gravitatem ventricorum evincens, & <sup>mor. animis</sup>  
 sic, diastolen producit; in qua, apertis venæ cavae & arteriæ  
 venosæ valvulis, sanguis è vena cava in dextrū ventriculum  
 ab aëre in eo diffuso ab igne impulsus effunditur: cuius, sed  
 veri & secreta portio illustris dicta, per cæca septi transversa  
 foramina in sinistrum irradiat ad ignis in eo ventriculo connati  
 nutritionem, sed ab aëre è dextra auricula subsidente fluctus  
 instar per illud impulsa; hanc autem illustrē sanguinis veri  
 portiunculam cibum in fluctuatione positum, hac occasione  
 vocat Hipp. id est ignis alimentū aëris per septum fluctuantis <sup>Lib. de</sup>  
 beneficio distributum: exit tandem hic aér vnā cum alio aère in <sup>cord. texti.</sup>  
 sinistra auricula subsidente contento, per arteriam venosam. <sup>31.</sup>  
 In hac autem diastile, & aëris in utraque auricula contenti  
 incandescitia, incandescunt denuo auriculae quæ subsidebant,  
 & sic, ut de novo aërem ad refrigerium trahant, eriguntur id  
 est distenduntur; oriturque ut antea dictum systole: ingres-  
 sōque in auriculas aëre per arterias, id est per venam arterio-  
 sam & aortam, intrà systolen, de novo calorem concipientे,  
 amplius ob diffusionem ab igne factam spatum queritante, &  
 ventriculos interius impellente, oritur diastile, ut supra; con-  
 tinuata ingressi per vices aëris interius incalescentis & ab igne  
 diffusi, vicissitudine per vices continuanda: ut & systole,  
 frigidi aëris in cor appulsi per vices trahentibus auriculis ex  
 aorta & vena arteriosa facto.

Hic autem cordis vsus, si insolita sua ratione tibi nimium <sup>F. Galenian</sup>  
 arduus à prima fronte appareat, Lector benevole, hunc <sup>Galenic</sup>  
 III 2

## P R A E F A T I O.

eundemque, sed ad communem & familiarem hac tempestate  
vtendi rationem magis compositum animo pondera. *Dia stole*

*Cordis motus* In corde duplex est motus, dia stole & systole. In dia stole subsident auriculae cordis: cuspis ad basim accedit: ventriculi dilatantur ab aere subsidentes auriculas deserente, diffuso ab igne in cordis foveis & cavitatibus latitante, & ventriculo-termino. *conum* rum parietes interius impellente: aperiuntur valvulae tri-cuspides in vena cava & arteria venosa sitae: vnde, ingredi-tur per venam cavam sanguis in dextrum ventriculum: cuius portio ibidem secreta illustris dicta, per caca septi transversi foramina in sinistrum ad ignis in ventriculi sinistri foveis con-tenti nutritionem irradiat; sed ab aere in dextra auricula sub-sidente diffuso ab igne, per illud fluctus instar impulsa: per arteriam venosam è corde exhalat hic aer, ut & alius in au-ricula sinistra contentus & diffusus, simul & senet.

*Sistole* In systole subsident ventriculorum parietes: cuspis à base recedit: eriguntur auriculae: aperiuntur valvulae sigmoïdes in aorta & vena arteriosa sitae: vnde per earum oscula pa-tentia ex vitroque ventriculo in hæc vasa ignis ruit: triplices, per arterias in venas, circulationes habiturus: dum ex ipsis vasis, seu aeris promptuarijs & duplicitis respirationis dictæ commercio, aer in cordis ventriculos, & per eos in auriculas incandescentes & trahentes defertur: qui dum ab igne dif-funditur & superatur (ut dictum) dia stollen producit, ven-triculos cordis interius impellens, & in ipsis ad ignea gravi-tans.

*Arteriarum motus* Arteriarum motus ab eodem igne è corde in eas saliente procedit. Hic enim aerem in earum cavitate diffundit, qui intumescens & calidum exterius, & in venas impellens gra-vitat ad ignea, & arterias in dia stollen elevat & tan-dem frigidus aer, exterius & è venis, in eas & cor accedens, levit

## P R A E F A T I O .

arterianum

Systole

levitat ad contraria , systolēmque producit.

Respiratio pulmonis , inspirationis & expirationis motu ~~pulmonis~~  
 composita , ab igne è dextro cordis ventriculo per venam arte-  
 riosam in pulmonem irruente originem habet. Hoc enim igne  
 rara molliisque pulmonis substantia auricularum cordis instar,  
 incalescit & exsiccatur : incalescens pulmo ad frigidi aëris at-  
 traktionem attollitur inflatur , & aëre attracto gravidatur :  
 cedit ac quasi levitat thorax , musculis intercostalibus & dia-  
 phragmate laxatis , & à pulmone quasi interius gravitante  
 propellitur : donec calore , vi aëris frigidi ingredientis mode-  
 rato , pulmo subsideat ; & cum eo thorax ; musculis inter co-  
 stalibus ( si res exigat ) ad pulmonis compressionem se contra-  
 bentibus & gravitantibus .

Ad sensum animalem præter cetera ex parte organi , id est <sup>Quomodo</sup>  
 sensorij , & sentientis primi , id est cerebri requisita , species <sup>fiat sens-</sup>  
 desideratur , quæ ex objectis externis effluit , & in sensoria , &  
 ex ijs in nervos & cerebrum hac ratione subit.

Corpus vñiversum nervorum plenum est , ait Hipp. Lib. de  
 rotūmque per arterias conspirabile existit : arterijs autem sem- <sup>loc. in</sup>  
 per adjunctus est nervus cum vena : nervi autem syringodis <sup>hom.</sup>  
 naturæ aëre pleni sunt dum statum naturalem servant : ait  
 Hipp. quem aërem exterius , & è venis interius , arteriarum <sup>Lib. de</sup>  
 ope eum attrahentium habent . Cum enim arteriæ dum calidum <sup>arie.</sup>  
 in diastole in partes externas & internas ipsumque sanguinem <sup>quomodo aer -</sup>  
 expirant , frigidum ex ijs aërem in systole inspirent ; hic aër <sup>In Nervos</sup>  
 non solum in arterias ad refrigerium , sed etiam in nervos cu-  
 juscumque sensorij ad sensus & motus animalis productio-  
 nem subit : in eos enim species objectorum ( si ea offerantur )  
 à partibus internis , & exterius , secum defert ; continuo aëris in  
 nervorum cavitate existentis motu , ab igne sideream circu- <sup>Externam</sup>  
 lationem percurrente & diffundente producto , in cerebrum <sup>videlicat</sup>

## P R A E F A T I O.

*lib. de morb. fact. quomodo posse* **L**ib. de morb. fact. *communicarit exiens è sensorijs calidus aëris, tantum universo corpori intelligentiae, id est sensus accedit. Cerebrum enim, igne, vi sidereæ circulationis perfusum, species jugicat, discernit, & sensationes producit. Aëris autem calidus aeris, ut per sensoria intrà eorum transpirationem arteriarum beneficio secundam factam foras exiens, medium latens existit in quocumque circulacione. *Sensationes* — sensorio, sine quo sensibile positum supra quodvis sensorium, siant. / non facit sensationem.*

*Motus differenter* **M**otuum *differentia*, tractio pulsio vertio vertigo, cuiuscumque *motus principiorum* *diffentia*. Arist. 7. *Physic.* differentiae lationes in animante, ad tractionem & ad pulsionem referuntur. Pulsione moventur, cor, arteriae, musculi sum. 3. versus principium, humores ad partes nutriendas; tractione text. 10. Quomodo etiam moventur humores. Hi autem motus ab agente du-  
fiat motus plici fiunt: quorum aliud principium cuiuscumque motionis animalis. existit, nimirum ignis, qui omnia movet; alterum ab igne diffusum omnes motus sua impulsione perficit; hoc autem est

*gravitas Lib. de* **q**uid? — cap. 6. *ad Igne & mot. anim.* aëris; qui, ut ait Arist. habet gravitatem ad ignea, id est ab igne diffusus gravitatem & resistentiam partium superat evincit, & corpora movenda secum impellit; & habet levitatem ad contraria; id est, & cessante ignis diffusione, refrigeratus ad pristinam naturam reddit, & sua quiete, quietis in parte causa evadit. Ut ergo hic, id est aëris in cordis cavitate retentus, diffusus ab igne, id est ad ignea gravitans dia-

*systolen cordis arterianum* **S**ystolen producit, cessante diffusione frigidus ingrediens & levitans ad contraria, systolen parit, similique ratione in arterijs; sic in fibrarum musculosarum cavitate diffusus ab igne carum partium appetitus imperio consentiente, eas tendit inflat & fletit ad quomodo stant ignea gravitans, id est musculosarum partium extensarum resistentiam & quasi gravitatem evincens: ut ita musculi ad princ

## P R A E F A T I O .

principium recurrent, motusque animalis exoriatur: idem autem aër, cessante ignis diffusione, levitat ad contraria, id est muscularum gravitati & resistentiae cedit, musculus laxatur, & animalis motus fieri desinit. Idem ignis, per arterias è corde in substantiam partium, v.g. in sidera circulatione sanguinum perveniens, eas calefacit, ex hisce in venas agit, ut latentem in sanguine aërem quo nutriatur trahat: sed cum debilis fiat in partibus & extra arterias ignis, ut sic aërem è sanguine disgregare non possit, aërem citra secretionem trahit, & in sanguine mixtum diffundit: qui sic, eum ad partes etiam ob naturæ similitudinem attrahentes secum impellit: verèque confluxio una est sanguinis: & aëris conspiratio Hipp. lib.  
de alim.

*Quamvis nihil nutritione communius, nihil apud Hippocratem explicatu difficilius extat. Hæc autem appetitu ci-  
borum, eorundem in ventre concoctione, conversione in san-  
guinem in venis & hepate, sanguinis in partes distributione,  
in ijsdem appositione, & reliquarum excrementorumque ex  
ijsdem partibus expulsione perficitur: quæ omnia ignis opera  
contingunt. Dum enim de die intrâ vigiliâ, in circulatio-  
nem siderum facultate dictam defertur: illuc sanguinem è  
venis internis & ventre trahit: quo inanitus venter cibos ap-  
petit: ij autem leni primum ventris calore in chylum mutan-  
tur, & sensim in venas, igne in partibus externis attrahente,  
feruntur: tum eodem igne eadem die internam ventris lunæ  
facultate circulationem in somno peragente, vltérius co-  
quuntur, colliquantur, rubescunt, & ultimas sanguinis dispo-  
sitiones acquirunt qui in venas internas defertur: tum altera  
die adveniente & igne sideram circulationem iterum percur-  
rente ad partes externas sanguis attrahitur, & vasis divulgis  
in partium substantia conculcatur: tandem eodem igne eadem*

## P R A E F A T I O.

die intrà somnum internas corporis partes illustrante, in extera corporis superficie, vi deficiens ignis ejusque absentia & quasi tenebris concrescit & apponitur: tertia autem die, igne, sidereum circulationem iterum peragente, & ejus ope, novo ad partes adveniente humore, quod reliquum est veteris humoris è partibus expellitur, & ad venas internas retrofereur:

**crises.** & sic, reliquia & excrementsa è partibus post secretionē humorum, uno trahente partibus scilicet & altero pellente novo scilicet humore s expelluntur, ut ait Hipp. (unicum doctrinæ crismum apud Hippocratem adhuc latentis fundamentum, à nobis suo tempore enodandum) quod autem de die intrà vigiliis in partibus circulationi sidereæ substratis contingit, idem in partibus lunæ circulationi subditis contingere solet in somno: & intrà vigiliis, idem quod alijs contingit in somno: imitante in hisce operationibus panifices aurifabros histriones mendaces & serræ secantes animantis natura.

**Vigilia.** Vigilia ab igne sidereum circulationem percurrente, sensoria, & cerebrum illustrante procedunt: hic enim in dictis partibus maximè in cerebro aërem movet, & cum eo diffuso species sensibiles è sensorijs in cerebrum trahit, in quo discernantur & judicentur.

**Somnus.** Somnus ab eodem igne internam lunæ facultate circulationem exequente proficiuntur, immoto, remanente in cerebro, ob ejus omnia moventijs defectum aëre, & cum aëre species sensibilibus.

Cætera obmitto, Lector benevole, in commentarijs fusè explicanda, ut & supradicta: hoc etiam te submissè rogans, ne ob graves quas in cæteris Medicæ artis partibus difficultates hocce ingenuo Hippocratis commentario excitari conspires, operisque sublimitatem magis quam obscuritatem, ad bujusc doctrinæ (ut moris est) contemptum movearis, cum,

ÿs,

## P R A E F A T I O.

is, amplis in easdem medicae artis partes librorum Hippocratis commentarijs abundè satisfactorius sim: utque textuum à me hīc allatorum sinceritatem facilius experiaris, me, non alia librorum Hippocratis versione, quām Foësiana, uti sciass & Platonis, alia, quām Marcilij Ficini, quibus multū semper debebas non parum tibi, Lector benevole, si in commentariorum istorum lectione, eos libros assidua meditatione pervolvas; quibus, in superandis difficultatibus non parum adjumenti accedere conspicias. Vale, & fave. Et si repetitos aliquos textus in nostris Commentarijs invenias, facilitioris intelligentiae rescriptos puta: impossibile enim est, ut qui omnia ex Hippocrate, Platone & Aristotele deducere cupit, maximè ut livida obstrigillantium tela sub tantis veluti delitescens umbraculis eviter, multa non repeat, nullatenus invitio habenda; cum ipsos tantorum authorum libros, crebris textuum eorundem repetitionibus augescere, ubique conspicias.

Cum prope ad veritatem accedere liceat; multò magis admiranda veniunt, quæ sunt ex magna ignoratione eruta, velut probè & rectè, non autem fortuitò inventa. Hipp. lib. de vet. med.

Ariplex est  
Ignis circulatio



una dicitur { prima ---  
media ---  
& solis facultate  
  
aliam dicitur { secunda ---  
externa ---  
& siderum facultate

+++  
altera --- { tertia ---  
nero --- { Interna ---  
dicitur --- { Lunae facul-  
tate ---

*Extrait du Privilege du Roy.*

LOVIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, à nos  
Aamez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement,  
Maistres de Requestes orinaires de nostre Hostel, Baillijs, Seneschaux, Pre-  
vois, leurs Lieutenans, & à tous nos autres Officiers & Iusticiers, Salut.  
Nostre tres-cher & bien-amé RAYMOND RESTAVRAND de la ville du  
Pont S. Esprit, Docteur en Medecine en la Faculté de Montpelier; Nous a  
tres-humblement fait dire & remontrer, qu'il a composé vn Livre en Me-  
decine, intitulé, *Monarchia Microcosmi Hippocratis magni Platonis & Aristotelis*  
*fædere restituta, in tres partes divisa, quarum prima Commentarium continet in Hip-*  
*pocratis magni librum de corde: Altera in varios textus ex primo de viuis rat. ejus-*  
*dem authoris: Tertia Divini Platonis mentem ex ejus Timao de promptam, &c.*  
Lequel il desireroit faire imprimer, Nous suppliant tres-humblement de  
luy accorder sur cela nos Lettres necessaires. A CES CAVSES, desirant  
favorablement traiter l'exposant, & qu'il ne soit frustré de son labeur, Nous  
luy avons permis, & permettons par ces presentes, de faire imprimer ledit  
Livre en tel marge & caractere, & autant de fois que bon luy semblera, le  
vendre & debiter par l'espace de sept années, à commencer le jour que ledit  
Livre sera achevé d'imprimer pour la premiere fois: pendant lequel temps,  
Nous faisons defenses à toutes personnes, de quelle qualité & condition  
qu'elles soient, de le faire imprimer, vendre & debiter en aucun lieu de no-  
stre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de nostre obeyssance; mesme les  
abregez que l'on en pourroit faire, ou traduction, en autre langue, sans le  
consentement dudit Exposant, ou de ceux qui auront charge de luy, à peine  
de douze cens livres d'amende, appliquable vn tiers à Nous, vn tiers à  
l'Hostel Dieu de nostre Ville de Paris, & l'autre tiers à l'Exposant, de confis-  
cation de tous les Exemplaires contrefaçons, & de tous dépens, dommages &  
interts. A condition toutesfois que ledit Exposant mettra en nostre Bi-  
bliotheque publique, deux Exemplaires dudit Livre, & vn autre en celle de  
nostre tres-cher & feal Chevalier Chancelier de France, le Sieur Seguier, à  
peine d'estre décheu dudit Privilege. SI NOVS MANDONS, que du contenu  
en ces presentes vous fassiez jouyr & user ledit Exposant, sans souffrir qu'il  
luy soit fait, ni donné aucun trouble & empeschement au contraire. Si  
VOVLONS AVSSI, qu'en mettant au commencement, ou à la fin dudit Livre,  
vn brief extrait des presentes, aux copies collationnées par l'vn de nos amez  
& feaux Conseillers & Secretaires, foy loit ajoutée comme à l'Original.  
MANDONS EN OVTRE, au premiet nostre Huissier, ou Sergent sur ce re-  
quis, de faire pour l'execution des presentes, tous exploits nécessaires, sans  
demander autre permission: CAR tel est nostre plaisir. DONNE à Paris le 29.  
jour de May, l'an de gracie 1656. Et de nostre Regne le quatorzieme. Par le  
Roy en son Conseil. MASCLAR.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 1. de Mars 1657.

Digitized by Google

## I N D E X.

### PRIOR NUMERVS PARTEM: alter paginam significat.

- A**ER & aqua non nutritur. 1. 7. trem transilit. 3. 10.  
**A**er & potus portio circulant per cor. ibid. Aëris distributio in diversis temporibus quomodo fiat. 1. 85.  
Aer continetur in aquis. 1. 86. Alimenti triplicis unum idemq. principium. 1. 50.  
Aer cum cibis & potibus ingeritur. 1. 79. Alimentum igne coquitur aëre distribuitur. 3. 21.  
Aer formationis & figura causa est. 1. 85. Alimentum nomine non re. 1. 57.  
Aer gravitat ad ignea levitat ad contraria. 1. 82. 2. 26. Ampullarum medicarum attractio. 3. 20.  
Aer humores distribuit. 1. 82. Anastomoses in vena cava & porta. 1. 35.  
Aer in utrumque cordis ventriculum subit. 1. 78. Anatomia tempore Hipp. viguit. 1. 5.  
Aer impetum facit. 1. 82. Anima ignis non est. 1. 26.  
Aer quomodo in nervos subeat. 2. 22. An per aërem spiritum animalem intellexerit Hipp. 2. 9.  
Aer respiratione attractus, primum fertur in cerebrum. 1. 79. Anima tanquam ignita. 1. 31.  
Aer serrasecatem imitatur in nutritione. 2. 63. Anima functionum omnium principium. 2. 2.  
Aer tractivus & pulsivus est. 2. 64. Anima duplex officium. 1. 15.  
Aëris calidi & frigidi distributio mutua est vita & sanitati necessaria. 1. 80. 3. 19. Cessante morbus & mors. 1. 87. Vena Animata igne & aqua constant. 1. 16. 18. 3. 3.  
Animus ignis & aquae temperationem sortitus quid. 1. 23.  
Animal interire non potest quin omnia animalia intereant. 2. 60. Ve  
|||| 2

## Index.

- getat in prima formatione. 1. 28.  
*Animus unde.* 2. 42.  
*Appetitus concupisibilis paſſio-*  
*nēs.* 2. 20.  
*Appetitus in ventre quomodo fiat.*  
 2. 49.  
*Apoplexia fit ligatura arteriarum*  
*colli.* 2. 13.  
*Aqua naturae flumen.* 1. 49.  
*Aqua omnia nutrit.* 1. 20. 3. 6.  
*Aqua potentia aēr.* 1. 6.  
*Aqua quid Hipp. & Arist.* 1. 16.  
*Aqua glacialis usus salubris.* 1. 85.  
*Aqua pericardij quantitas.* 1. 4.  
*Productio.* 1. 4. 9.  
*Aquae vires.* 1. 49.  
*Ars & natura differunt.* 1. 57.  
*Quomodo igne utantur.* 19.  
*Arborum productio.* 3. 7.  
*Arteriarum pulsus quomodo fiat.*  
 2. 46.  
*Affatio & elixatio quid.* 2. 64.  
*Auctio & imminutio quomodo*  
*fiant.* 2. 71.  
*Auriculis cor munitum.* 1. 74.  
*Earum usus.* 1. 75. *Sunt folles*  
*cordis.* 1. 79. *in supera parte.*  
*ibid.*  
*Auriculae cordis quomodo tendan-*  
*tur.* 1.  
 76. *Vnde aērem trahant.* 1. 77.  
*Auricularum cordis opera.* 2. 45.  
*Æstus maris causa.* 3. 20.  
  
**C**  
**C**alor nativus an caelensis, an  
 elementaris. 1. 23. 24.  
*Calor à cibis.* 1. 85.
- Candele ardentes in loco calido*  
*extinguntur.* 1. 42.  
*Cerebrum prudentiae jus habet.* 2.  
 4. 3. 23.  
*Cerebri motus sit ab aëre.* 2. 19.  
*Cibus in fluctuatione positus.* 1. 34.  
*aēris ope ignescit.* 1. 43.  
*Circularis mot⁹ ceteris perfectior*  
*prior continuus regularis aqua-*  
*bilis.* 1. 32.  
*Circulatio quid.* 1. 33.  
*Circulationes omnes in se invi-*  
*cem tendunt.* 1. 38.  
*Circulatio sanguinis disputatur*  
*ejusq; epitaphium.* 1. 49. 71.  
*Coctio non fit ab igne febricitan-*  
*tium, sed à moderato.* 2. 64.  
*Confluxio una, conspiratio una,*  
 1. 53. 83.  
*Cor figura piramidalis.* 1. 1. *Co-*  
*loris punicei:* fit à sanguine  
 sincero: fibra à glutinoso: cor-  
 dis & hepatis diversa produc-  
 tio. 1. 2. *Pericardio cingi-*  
*tur.* 1. 3. *Animalis cælum.* 1. 7.  
*Musculus est, non nervo, sed*  
*carne.* 1. 9. 2. 23. *Duos habet*  
*ventriculos.* 1. 10. *Situm est in*  
*sinistra parte thoracis & fere*  
*medio corporis.* 1. 10. *In dia-*  
*stole pectus ferit.* 1. 11. *Ignis*  
*lar crassis orbatur venis.* 1. 22.  
 54. *Radicatio arteriarum.* 1. 23.  
*Semper in medio.* 1. 29. 3. 18.  
*Sensus motusq; principium.* 1.  
 30. 3. 4. *Ignis principium.* 30.  
 3. 5. 9. *Sanguinis fons.* 1. 52. 53.
- Non*

## Index.

- Non impletur ut utris.* 1. 53.  
*Semper trahit.* 1. 54.  
*Cor & diaphragma quomodo sentiant, non sapiant.* 2. 3.  
*Cor naturae vegetantis, exanguis, & sentientis.* 1. 28. 29.  
*Corde inflammato apoplexia & paralysis.* 2. 15.  
*Corde donavit animalibus.* 3. 11.  
*Retisimili. ibid. Ejus descrip-*  
*tio.* 3. 12.  
*Cordis motus quomodo fiat.* 2. 43.  
*3. 22.*  
*Corpus figura circularis.* 1. 34.  
*Detracto capite progredi posse creditum* 21. 28.
- D**
- D**entes interius sentiunt. 2.  
*18.*  
*Dies & nox in animante quid, & eorum usus.* 1. 40.  
*Distributio humorum.* 2. 28.  
*ab igne.* 2. 54.
- E**
- E**mpyicorum materia quomo-  
*do per cor transferatur.* 1. 62.  
*Exanglia qua vi moveantur.* 2.  
*28.*  
*Experientia periculosa.* 1. 51.  
**+++ Experientia matracij.** 1. 60.
- F**
- F**acultas ad sensum totius & partis ejusq; sedes. 2. 3. *Ad vitam totius & partis.* 2. 42.  
*Ejus sedes.* 2. 4.  
*Facultas ad vitam partis alit, auget, propagat.* 2. 48.
- Facultas motrix dirigens, impe-  
 rans, exequens.* 2. 21.  
*Febricitantibus victus humidus.* 2. 65.  
*Fontes naturae duo.* 1. 15. *Qua-  
 tuor fontes corporis prater ven-  
 triculum.* 1. 52.  
*Fætus productio circulatione ig-  
 nis fit.* 1. 33.  
*Forma quid divinum.* 1. 25.
- G**
- G**eneratio moderato igne fit.  
*2. 64.*
- H**
- H**epar crassis orbatur arte-  
*rijs.* 1. 22. 54. *Radicatio ve-  
 narum,* 23. *Quid hepar.* 1. 23.  
*Hippocrates nec falli, nec fallere  
 potuit.* 1. 71.  
*Hominis natura animæ immorta-  
 lis societate absolvitur.* 2. 2.  
*Humanae nature fontes.* 1. 23. 3. 8.  
*Humorum distributio quomodo ab  
 igne & aëre fiat.* 2. 54. 3. 11.
- I**
- I**cur in thorace comprehenditur ab Hipp.  
*2. 2.*  
*Igne & aëre distributio humorum  
 fit.* 3. 11. *Egreditur è corde,  
 aëre in cor ingrediente.* 3. 14.  
*Ignis & aquæ suis impetus.* 1. 40.  
*Ignis & aër omnia transiliunt.*  
*3. 9. 10.*  
*Ignis & sanguis calidus idē.* 1. 17.  
*Ignis circulatio cur sine strepitu,  
 & sensu fiat.* 2. 42.  
*Ignis circulationes agnovit Arist.*
- ||||| 3

## Index.

1. 48. Semper vigilat. 2. 33.  
*Ignis circulatio omnia operatur in animante.* 1. 34. *Circulatum differentiae.* 1. 35. 36. 37. 3. 5.  
*Cur variae circulationes.* 1. 38.  
*Ignis connatus in dextro ventriculo non est.* 1. 13.  
*Ignis hyeme fortius vrit estate debilius.* 1. 42. *Occultatio ignis per cineres servat ignem flabellis ventilatus fortius vrit.*  
 1. 42. *Per arteriam venosam in pulmones è corde derivari non potest.* 43. *De die exterritoria petit, de nocte interiora.* ib.  
*Evolat purior ignis in cerebrum.* 1. 45.  
*Ignis mixti.* 1. 27.  
*Ignis magnum principium movetur circulariter.* 1. 33. 3. 5.  
*Ignis nativus lucens, nec vrens.*  
 1. 1. *Aëre nutritur.* 1. 8. 3.  
 18.  
*Ignis natura una: differentiae ignis vegetantis exanguis sanguinei.* 1. 29.  
*Ignis per associationem.* 1. 41.  
*Ignem pro anima sumit Hipp.* 1.  
 30. *Plato.* 3. 4.  
*Ignis quid Hipp. & Arist.* 1. 16.  
*Ignis quid igneum.* 1. 17. 3. 4.  
*Idem quod sanguis palpitans.*  
 1. 18. *Impetu quodam manans.*  
 3. 5. *Omnia movet.* 1. 20.  
*Ignis veterum & spiritus vitalis recentiorum idem non sunt.*  
 1. 27.

## L

- L** *Ationum differentiae.* 1. 25.  
*Leprosi sensu privatur & aphonii fiunt & quomodo.* 2. 14.  
*Lien superius & inferius.* 2. 38.  
*Ligaturarum usus in vena sectione.* 1. 64.

## M

- M** *Elancholici non somnolenti.* 2. 38.  
*Mens unde.* 2. 44.  
*Monstra quomodo fiunt.* 2. 59.  
*Mors quid: duplex.* 1. 60. *cur inter dormiendum.* 2. 15. *Vnde mors.* 1. 82.  
*Motus vitales & naturales ab igne & aere.* 1. 9. 2. 23. *Ad motum animalem que requirantur.* 2. 21. *Arist. mens de motu.* 2. 27. *Quomodo fiat.* 2. 42.

## N

- N** *Atura imitatur aurifabros & panifices.* 1. 39. 2. 50. *Fingulina artem exercentes & filatexentes.* 1. 48. *Histriones & mendaces.* 2. 53. *Serra secantes.* 2. 54. *Palestricam artem exercentes, ex potu insanentes, mercatores.* 2. 69.  
*Naturam dy constituerunt certo ordine.* 1. 21.  
*Nutritio in quavis etate ab igne fit.* 2. 53. 58. *Generationem supponit.* 2. 61.  
*Nutritio patris familias exemplo demonstratur.* 2. 67.  
*Nutritio quomodo fiat.* 1. 64. 3. 22. *Offa*

# Index.

## O

**O**ssa circulatione ignis cur-  
priventur. 1. 47. Eorum  
productio. ibid. Cur non sen-  
tiant. 2. 18. 3. 24. Qui ossa ha-  
bent crassa, venas habent exi-  
les: 2. 69.

Oscularum cordis demonstratio. 1.  
14. Vasorum apertione non  
fit. ibid.

## P

**P**assionum numerus & cha-  
racteres. 2. 19.

Pericardium ad cordis tutelam. 1.  
3. Vnum est. 1. 10.

Phreneticus toto palpitans corpo-  
re. 1. 46.

Piscium respiratio. 1. 86. 87.

Potus in pulmonem descendit. 1. 5.  
Via. 1. 6.

Prudentia ab igne & aere fit. 2.  
18. 1. 45. 3. 23.

Pulmones qua via ignem acci-  
pant. 1. 45. Contrarium cor-  
pori alimentum trahunt. 1. 46.  
cur insensiles. 2. 17.

Pulsum suppeditatio pro sanguini-  
nis circulatione refellitur. 63.

Purgationem promovent, cibi lo-  
tiones motus. 2. 62.

Pus ex carne venarum & arteria-  
rum, & ulceris alimentum. 2. 68.

## R

**R**efrigerium à potu. 1. 85.  
Remissa dicuntur contra-  
ria. 1. 16.

Repletio ciborum ventrem cale-  
rit. 1. 10.

facit. 1. 81.

Respiratio duplex superior & in-  
ferior. 1. 78. 3. 18.

Respiratio pulmonis quomodo fiat.  
2. 46. 3. 23. Sine pulmonis re-  
spiratione vita animantis sub-  
sistit. 1. 87.

Resolutio fit à calce ad carceres.  
2. 15.

Resolutio sensus quomodo fiat. 2.  
28. Cum convulsione compli-  
cari potest. 2. 31.

## S

**S**anguis in cor languidum in-  
greditur. 1. 61. Circulatio di-  
sputatur. 1. à fol. 49. ad 71.

Sanguinis circulatio fundamenta  
mortis in vita fundamenta  
substituit. 1. 67.

Sanguinis distributio exemplo fir-  
mar. 1. 83. 84.

Sanguinis motus. 1. 72.

Senior Deus junioribus imperat,  
vt animalia generent. 3. 1.

Semina mundi permiscat. 3. 2.

Sensus externi quinque & quo-  
modo fiant. 2. 5. In sensu me-  
dium requiritur. 2. 6. II.

Sensus aere fit. 2. 6. II. 3.

Sensus quomodo pereat illæso mo-  
tu, & contra. 2. 30.

Sensationes acuta & tardæ. 2. 43.

Septi cordis descriptio. 1. 12.

Septum officium præstat pulmonis  
in corde. 1. 13.

Seria facilitia. 2. 49.

Sincopes remediū, vētilatio. 1. 42.

## Index.

- Sol & astra moventur ad prædam  
 aëris. I. 41.  
 Sol, astas, noxa, vestitus, astas, cibi,  
 ventrem refrigerant. / I. 44.  
 Somnus ventrem calefacit. I. 81.  
 Somni & vigiliarum vicissitudo,  
 & quomodo fiant. 2. à fol. 32.  
 ad 40.  
 Spirituum vitalium vanitas. I.  
 68.  
 Surditas post nigrorum vomitum  
 non nocet. 2. 40.
- T**
- T**enebre nutritionem perficiunt.  
 in Tuſi liberaliter ex vase angusti oris bibendum. I. 6.
- V**
- V**ena arteriosa, cur ceteris  
 crassior sit. I. 64.  
 Vena crassa que. I. 15.  
 Venarum valvulas agnovit Hipp.  
 I. 58.  
 Venarum lactearum inventio, &  
 verus usus ex Arist. & Hipp.  
 I. 68. ad 70.
- Vene & arteria anastomosi continuae, & contigua sunt. I. 35.  
 Vena cur non pulsent. I. 46.  
 Vene ex corde non percor. I. 55.  
 Vene corporis spiracula. I. 80.  
 Venter est animantibus quod terra vegetantibus. I. 80.  
 Venter varijs anni temporibus varie temperatur. I. 44.  
 Ventriculi dextri cordis descrip-  
 tio. I. 10.  
 Ventriculi sinistri descriptio. I. 11.  
 Ventriculi cordis interius asperi.  
 I. 13. Sinister dextro asperior.  
 I. 14.  
 Ventriculi cordis & vena, vasa  
 sunt. I. 54. 56.  
 In sinistro ventriculo sanguis  
 non continetur. I. 59.  
 Ventriculus magnus fons. I. 52.  
 Vigilans exterius calet, interius  
 friget, dormiens viceversa. I.  
 38. 2. 40. Quomodo fiant vigilia & somnus. 3. 25.  
 Vilia difficultia. 2. 49.  
 Visus quomodo fiat. 3. 25.

Index finis.



COMM



# COMMENTARIUS IN HIPPOCRATIS MAGNI LIBRVM DE CORDE.

1. *Cor, figura quidem, metæ, seu pyramidi, simile est.*

**V**REMERITO natura cor in pyramidis in- Cordis fi-  
versæ figuram, diastoles & systoles motibus; gura py-  
aut potius, vt ait Hipp. textu 12. Saltui aptio- ramida-  
rem composuit; cùm in latum, ob basim lar- lis.  
giorem; in longum, ob apicem; facile tendi  
possit. Inversæ autem, seu per basim, ad sum-  
mas corporis partes, & per apicem ad imas  
vergentis, ac quasi suspensæ: & ita ab antiquis pyramidibus dis-  
similis, in quarum sublimi apice, defunctorum principum ci-  
neres aservabantur, quasi prostratæ vitæ, & ignis nativi extincti  
trophæa: dum in hac humili & prostrata principum naturæ, seu  
animantium, vita servatur, ignisq; lucens & non vrens concluditur:  
quem ejus conservationis provida, in inversa pyramide, idèd na- Ignis na-  
tura collocavit; vt in supera ipsius parte, basi scilicet largiore, au- tivus lu-  
riculas ex alto præficeret, quibus tanquam follibus, languens ignis cens, nec  
excitatetur per vices; vt ait Arist. lib. de resp. cap. 3. Ex hac meta  
microcosmi sol circulationis principium & finem in ea inveniēs,  
cæteris corporis partibus, vt sol macrocosmi ex suo cælo, infe-  
rioribus vniuersi caloris radios impertitur. Hac (inquam) meta,

A

animantium vitam simili ratione definierunt superi, qua prædiorum fines, publicis metis vario lapide ad latera signatis, hominum industria dirigere consuevit: cùm quatuor vasa, tanquam impingendos ad animantis internectionem extremos lapides, seu vitæ fines, circa hanc metam apposuerint. Hic mors, immoderata eorum siccitate, & caloris extinctione, quasi violatis finibus

----- *Pallida pulsat*

*Regum turres.*

## 2. Colore autem est admodum puniceo.

**PVNICEVM** admodum, seu ignis & purpuræ æmulum color rem obtinet *Cor*: quia principem animantis partem, ignisq; Color cor- nativi sedem, tali purpura ornari æquum fuerat. Hunc autem dis puni- colorem illi conciliat purpura sanguinis, quo purissimo & since- ceus. Cor à sin-rissimo constat, vt ait Arist. 2. de gener. anim. cap. 4. vt interio- cerissimo res illius fibræ à glutinoso, sive pituitoso sunt, à calore forti, fit sangu- exsiccante & carnem duram solidamq; constitente & impin- ne. Fibra cor- gente, vt ait Hipp. lib. de car. his verbis: *Cor autem multum glu-* dis à glu- *tinosi & frigidii, seu pituitæ, & veri sanguinis obtinet; quod à calido* tinosofiu. *calefactum, caro dura & viscida evasit.* Ut hinc elucescat diffe- rentia, quæ intercedit in formatione parenchymatum cordis & Diversa hepatis; quorum illud, quia caloris sedes ignisq; lat esse debuit, parenchy- à calido forti exsiccante sanguinem & indurante generari, na- matum tura consuluit: ne eodem forti igne tandem funderetur & liqua- cordis & retur: dum hepar à frigido, calorem humidi, seu sanguinis fusi hepatis productio. & liquati, superante, (vt in jugulati animalis extracto sanguine, qui frigore interno illius, & externo calidum evanescens superante, con- crescit, experientia demonstrat Hipp. lib. de car.) coagulari ac coagmentari debuit: vt, quemadmodum illud, seu cor, caloris, seu ignis; sic istud frigidii, seu aquæ; id est sanguinis, promptuarium extaret: vt ulterius innoteat in lib. de car. vbi ait loquens de hepatis productione: *Humido multo cum calido relicto, absque glu-* tinoso & pingui, frigidum superavit calidum, & condensatum est.

3. Tun

3. Tunica levī circumtegitur, in qua modicus humor, qualis vrina, inest; ut cor in vesica conversari existimes.

**P**ERICARDIO, seu membrana cor investiente, vesiculae aut Cor per-  
marsupij instar, preciosam animantis partem hanc natura cardio  
obduxit. *L*evis tunica; ne inter continuos illius motus ad asperum cingitur.  
impingens, dolorem contrahat: quam ideo modico humore refri-  
gerante, & in ea stagnante, lubricavit; vt, quemadmodum con-  
servando & refrigerando in utero foeti officiosas membranas  
illum investientes modico humore delinivit, quod charissimo sibi  
animalculo adularetur; cor individui, seu particularis naturae;  
fætum vero universalis, seu speciei fundamentum esse, compro-  
baretur. In hac vesica plurimus, corpore in statu naturali exi-  
stente, non includitur humor, sed modicus (vt ait) ne motibus  
cordis impedimento sit; & vt foetus, sulcatis quoque in tunica (am-  
nios dicta) restagnant aquis, debito tempore ad uteri portum ap-  
pellit: sic cor dupli, & ventriculorum suorum, & auricularum  
veluti remigio, facilè possit totum vitæ curriculum navigare. Hic  
humor, interioris cujusdam Euripi instar, innumeros aestus pa-  
titur; quos interiori fluentis & refluxus, aut potius impel-  
lentis cedentisq; cordis motus conciliat.

4. Ea verò de causa extitit, ut validum in custodia vigeat.

**A**b eo etiam, seu pericardij ope, validum fit in custodia cor, Pericar-  
dium ad hoc est, forti tutela conservatur: quia non modò thoracis dium ad  
occasione tutum, veluti arcem corporis, vt ait Arist. 3. de part. anim. cordis tu-  
cap. 7. sed & continuo ductuarij pontis veluti septo, & decli-  
vis oræ fossa aquis stagnante, præcinctum esse appetet: queis  
impotentium ex improviso externas declinet injurias.

5. Humiditatem autem tantam habet, quanta maximè  
ad aestuantis medelam satis sit.

**N**ECESSARIA humoris in pericardium attrahendi copia,  
caloris copiae proportione respondere debet, cum ad ipsius

A 2

Quantitas aquæ testuantis medecam, seu refrigerium, in ijs locis restagnet humus aquæ mor: quo etiam natura siccitati quæ à forti calore interno pro-  
pericardij. duci posset, externam humiditatem opponit.

6. Hoc humidum, cor, in serum vertit, pulmonis potum lambendo ebibens, assumens, & consumens: nam cùm quis bibit maximam partem in ventrem demittit: gula enim, velut infundibulum, & potus copiam, & quæcumque expetimus, excipit. Cùm bibit autem, in guttur demittit. Verum, quasi ex mamma fugens, quantum suo impetu influens latere possit. Epiglottis enim Græcè dicta operculum exactum, ne ampliorum potum transmiserit. Cujus rei hoc est indicium. Si quis enim aquam cœruleo aut minto colore inquinatam, valde sufficienti pecori exhibeat, præcipue verò sui (hoc enim pecus neque curam habet, & immundum est) deinde adhuc bibenti jugulum secuerit; hunc potu coloratiorem reperiet. Verum non curvis hanc manuum actionem aggredi datur. Non igitur fides nobis detrahenda est de potu, quod in hominis arteriam convertatur.

**S**ERI in pericardio existentis materiam & vias, quibus primùm Aqua pe- sin pulmones feratur, si quæras? Respondet; potum esse, cu- cardi pro- jus portionem inter bibendum per tracheam arteriam pulmo- ductio. nes suffurantur: & ne priùs causam rei quætere videatur, quām an res sit, demonstraverit: experientiam affert in animali vivente factam, maximè in sue pecorum immundiore: huic enim valde sufficien- ti, si in potu aquam, cœruleo aut alio colore tintam, exhibeat aliquis, & protinus perita novacula clam jugulum petat, hunc colore cœruleo aut alio tintum inveniet. Quam operationem manus, licet arduam & difficilem, sœpiùs experto sibi hac in re, fidem non detrahendam esse contendit; ut qui temporibus Hippocratis magni, prima nascentis anatomiæ cunabula extitisse prædicant, sibi parum, ut & Hippocratis gloriæ, prospicere videantur. At talis color cœruleus in jugulo, seu interno gutture, apparere non pot

potest, nisi ab aqua tincta per epiglottidem furtim in guttum illa-  
bente: si enim per viam nutritionis ad eas partes deveniret, ve-  
narum ventrisq; beneficio, nec tam citò, & quia tardius, &  
cocta, omni colore in prævijs coctionibus spoliata procederet.  
Anato-  
mia rem-  
pore Hip-  
pocratis  
viguit.  
Quod si quæras? Quomodo per guttum in pulmones descende-  
re possit hic humor; an attractus, an proprio motu? Cum aliquis  
potu indulget (inquit) maxima ex parte in ventrem humorem demit-  
tit: is enim, tūm humidi, tūm siccī, seu cibi potusq; promptuarium est,  
& magnus in corpore fons, qui omnibus dat: ait Hipp. i. de viet.  
rat. & ex eo Arist. 3. de part. anim. cap. 3. Lævis tamen portio  
potus, seu humidi, quæ respirationis vias, nullatenus occludere  
possit, sensim in pulmones per laryngem illabitur; non attracta potus in  
quidem aëris modo, quem pulmonis sese dilatantis attractione, ventrem  
ad interiora bronchiorum spiracula natura rapit, ejusdemq; sub-  
& pulmo-  
fidentis compressione expellit; sed propria humoris gravitate,  
seu naturæ suæ impetu sensum veluti fugiente: hoc est occulta  
& cæca gravitantis humidi motione, quod his verbis expressit:  
[quantum suo impetu influens, latere potest] quam tandem vijs, &  
motu, textu sequenti afferendis, latrocinetur cor, ebibat, & con-  
sumat. Idem repetit lib. de oss. nat. vbi ait: Potus per fauces & gu-  
lam, arteria summum, quod larynx dicitur, in pulmonem & arteriam,  
ex quibus in summam vesicam. Quia ut major portio potus per  
gulam, ventrem, venasq; in inferioris ventris vesicam, urinæ con-  
ceptaculum, descendit; sic hæc pauca, in supremam cordis ve-  
sicam, seu pericardium subit: ut verè cor, ut ait textu 2. tan-  
quam in vesica, in qua modicus humor, qualis urina, inest, conversari  
existimes.

7. Verùm quanam ratione aqua affatim incidens, mole-  
stiam & multam tussim non exhibet? Hac sanè de causa,  
quod ex adverso respirationi occurrit: nam quod per rimam  
influit, cùm juxta parietem feratur, aëris sursum elationi  
non obſtitit; sed quandam, vel levem, ipsi viam humectatio  
præber.

A 3

**O**bjetum fortassis aliquis, cum potus in pulmones def. occidentis portio ex adverso, aëri per expirationem exeunte occurrat; quomodo tussim non moveat? Ait enim lib. de flat. Vbi deorsum delata pituita spiritui ascendi occurrerit, tussis supervenit; & pituita supernè rejicitur. Quia, cum juxta membranam interiorem bronchiorum in pauca quantitate elabatur, aëris exclusioni non nocet: quin potius lœvem ipsi viam, conciliata bronchijs humiditate parat. Quæ enim humida sunt & laxa, moventi ab intus naturæ sequaciora fiunt, faciliterq; obediunt; quæsic liberius quæ ipsam exercent per tracheam arteriam excludit. Hinc ait Hipp. 3. de morb. Cum tusses invaserint; super-  
In tussi lib-  
eraliter bibendum ex angusti oris poculo, & quam maximè humectandum: us  
ex poculo pulmo humidior redditus, faciliter ac citius sputum rejiciat, & tussis  
angusti minimè vexet.  
oris bi-  
bendum.

8. Hunc autem humorem vna cum aëre à pulmone abducit: aërem itaque, cum medela existat, retrò ut per eandem viam, per quam adduxit, ex necessitate rejiciat oportet. Humoris verò partem quidem in suam vaginam absorbet, partim etiam vna cum aëre foras ferri permitit: istaque autem via cum spiritus retrofertur, cælum dividit. Iusta autem ratione retro recurrit: neque enim hæc hominem alere possunt. Qua verò ratione ventus, & aqua, cruda cum sint, in hominis alimentum cedant? Verum potius connatae affectioni moderantur.

**V**IAM si queras, per quam è pulmone, pauca illa potus portio po-  
tiuncula in cor descendit, vt in calidioris æstuantisq; me-  
tus in cor, delam adveniens, à pericardio absorbeat? Respondet: Ne-  
& peri- cessariam potus portiunculam cum aëre per pulmones in cor  
cardium subeunte, à vena arteriosa primùm rapi; quæ intrâ diastolen,  
suebat. cæterarum arteriarum more, calidum aërem pellens in pulmo-  
nes, & ex ijs frigidum aërem intra systolen trahens, in dext-  
rum ventriculum vna cum aëre frigido illam transfert: vt do-  
cet textu 34. auricula dextri ventriculi cordis aërem, vnaq; cum

eo serum illud, in sese attrahente: sicq; cor hunc humorem vna cum aere à pulmone abducit. Tum humoris illius portionem à vagina cordis, ut ait, seu pericardio absorberi; seu lubricata, & rarefacta, vi caloris, cordis substantia, quasi sudoris modo, in pericardij cavitatem exudare. Quod verò reliquum est humoris, vna cum aere ex auricula dextra subsidente, diffuso, & serum illud, partim in aërem versus, (cum aqua potentiam aëris sit, ait Arist. 4. Physic. cap. 10. & Hipp. Omnes spiritus nobis ex aquis proveniant, lib. de nat. puer.) vna cum pauca veri sanguinis portiuncula, ut mox dicetur, per septi transversi foramina impellente, in ventriculum finistrum adduci intra diastolen; & per arteriam venosam apertis tunc temporis illius valvulis, in pulmones retroferri. Sic enim aëris vna cum seri reliquijs, verè cælum dividere comprobatur: si cor, animantis cælum appelles, cum in cor animo microcosmi sol situm habeat; septumq; innumeris foraminibus intrà diastolen, tanquam stellis radios emittens ex proximo, seu dextro sanguinis conceptaculo in finistrum, ut ait textu 30. & in altero commentario afferetur. Hac ergo via meritò aëris, & se-  
Aëris & portio  
trosi humoris reliquiae retroferuntur cælo diviso: primaq; hic cir-  
culationis aëris, aut potius respirationis superioris, quæ per pul-  
monem fit, ratio, concluditur. Quæ meritò necessaria animanti  
existit, ut refrigeretur & sero humectetur cor, ejusq; seri reli-  
quiæ, vna cum aere excludantur: Sed magis ut illustris sanguinis discretio, in dextro ventriculo facta; seu portio veri sanguinis à cæteris humoribus secreta in dextro ventriculo, ad ignis nutritionem inventriculum finistrum per septum transversum hoc aere ab igne diffuso impulsa, cibi in fluctuatione positi rationem, ut nomen verè induat: ut dicetur textu 31. Hincq; ait Aristoteles lib. de spir. cap. 1. Ut igitur ad vasorum & eorum quæ continentur, atque omnino ad calidi alitionem, quippiam attrahitur, quod aëris distribuit, efficaciam præbens. Quod cum ita sit, seu quod aëris portionem veri sanguinis illustris disti, vna cum sero per septum distribuat in finistrum ventriculum cordis, meritò vna cum sero per septum retrofertur; cum in substantiam cordis fa-  
Aqua &  
cessere non possint: recteque inquit, ventus & aqua cruda cum sint, aëris corpus seu cum massa sanguinis perfectè non mixta sed secreta, ut po- non nu-  
te nullam cum cibis & potibus in ventre coctionem adepta, triunt.

*Ignis nē- quomodo in hominis alimentum cedant? Ut ita pro eorum vsu su-  
te nutri- perficit, vt connatam affectionem, seu cōnati ignis fervorem nimium  
tritur. in corde moderari, ad debitam proportionem ventilatione de-  
ducere, factaque illius cum sanguine illustri associatione nutri-  
tionem p̄stare possit. Hac autem ratione, cūm hominem, non  
tamen humores, aut partes in quantum ex ijs constitutas, sed ig-  
nem nutriat aēr: Tria, inquit, sunt hominis alimenta, cibus potus  
& spiritus. lib. de flat. quorum illa, partium substantiam augent;  
hic verò ignem nutrit. & lib. de alim. Spiritus alimenti princi-  
pium os, nares, &c. Experientia probat lib. de cat. vbi ait: Si quis  
Experien- ignem in domo in qua nullus spiret ventus, accendere volet, flamma  
tia. modò magis, modò minus moveretur. Sed & lucerna accensa ad eun-  
dem modum, modò magis, modò minus agitatur, nullo quemquidem  
spirare sentiamus vento mota: frigidumq; calido alimentum est. Vnde  
cōcludit, quod quia cor ex omnibus membris est maxime calidum, eam  
ob causam spiritum ( seu aērem ) attrahat: quo ignis in eo conten-  
tus cæterorum ignium more respiratione nutriatur.*

Dicet aliquis, annon ex sero cum sanguine per venam cavam  
in dextrum ventriculum appellente, & per cordis parietes exu-  
dante pericardium impletum potest? Respondeo: Hoc in ani-  
mantate non sine magno salutis, & vitæ dispendio contingere:  
cūm serum, corpore in statu naturali existente, cūm cæteris hu-  
moribus apprimè permixtum existat, ut eorum vehiculum sit:  
ait Hipp. lib. de alim. nec nisi per summam humorum corrup-  
tionem discerni & separari possit. Ut enim ait i. de viet. rat.  
*Generari & interire idem. Seu ut ait Arist. Generatio unius, est cor-  
ruptio alterius: Sic, ut generari, nihil aliud est quam permisceri;  
corrumpi, nihil aliud est quam discerni. Hacq; ratione, sincerae  
omnes dejectiones maximè improbantur. Quia ut sunt, maxi-  
mæ secretionis indicia; sic & corruptionis effectus: quod histo-  
ria Dexippi z. Epid. satis superq; confirmat, vbi ait: Quæ sincera  
& meraciora vomitu rejecta sunt, putredinem significant; quemad-  
modum Dexippo contigit. Vnde non mirum est, si inter has ani-  
mantis corruptiones, hydrops pectoris & ventris, cordisq; pal-  
pitatio vix sanabilis consequantur. Si ergo hac via, serum in  
cor animantis procederet, quomodo æstuanti simul & medela,  
& moribus adesse posset. Neque in prima corporis formatione,*

*Prima  
producio*

ab

ab eodem venoso sero in seminis potentia latitante, & nativi ignis ope secreto, intrà prævias generationis viventium futuræ corruptiones, sed eadem pauca potus portiuncula in semine, ut serum venosum potentialiter existente <sup>Prima productio aqua pericardij in fœtus formatione.</sup> secreta, pericardium impletum fuisse mihi facile persuaserim.

9. Sed ut ad institutum sermonem revertatur nostra oratio: cor musculus est validus admodum, non nervo, sed carnis crassamento.

**S**ED superata aëris in cor subeuntis, & potus etiam portiuncula in pericardium veluti digressione: *cor musculum* vocat *musculus* non Hipp. hoc est, musculosa carne præditum, eaq; forti & dura, ob *nervo*, sed causam textu secundo allatam. Quod indicat his verbis: *non carne*. *nervo*, sed *carnis crassamento*. Hinc est, quod cavitatem habeat; quia, vt ait lib. de arte, *quecumque membra carnem in orbem consistant habent* (*musculum nominant*) *ea omnia cavitatem habent*. Quam etiam insensilem cùm non habeant nervi, seu fibræ internam cordis cavitatem interstingentes; in hoc à veris nervis musculos componentibus differentiam habent; qui ingredienti ad sensum & motum animalem aëri, cavi seu syringodes existunt; eorumq; tensione ab aëre in ipsis existente, vt ait lib. de arte, diffuso ab igne, conciliata, flexiones partium voluntarijs motibus servientium operatur natura. At nervi cordis, solidi: cuius distensionem & contractionem, seu diastolen & systolen, aut potius saltum, *ignis* interior, seu connatus, cuius est *omnia mouere*, producit; sed attractum in interna cordis cavitate aërem diffundens, quo cordis parietes, seu ventriculi dilatantur. Ut inde constet, *cor verè musculum esse validum*; *non nervo*, sed *carnis crassamento*: & vera vitalium & animalium motuum productrix tales & causa in apertum se prodat. Vitalium (si in tam arduis repetere animales fas sit) *ignis* aërem in cavitate cordis diffundens, illius fibris ab igne & existentibus solidis, nec cavis: animalium; in cavitate fibrarum musculos componentium. Textus verè aureus textu 27. & in altero commentario ulteriùs enucleandus.

10. *Duos habens in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo inter se sunt similes.*

*Cor duos  
habet utr-*

*Vnum est  
pericar-*

**D**uos habet, ratione conformatio-  
nis, musculus ille validus,  
cor dictus, ventriculos, in homine scilicet; & in cæteris ca-  
tricibus: quia ob caloris in hisce magis efferves-  
centis vigorem, pulmonis respiratione indigebat talium ani-  
mantium natura; quæ ventriculi dextri, pulmonis gratia com-  
parati, beneficio, & quasi auxiliari ope, per septum transver-  
sum in ventriculum sinistrum pertingit. Quibus duobus ventri-  
culis, unus sufficit amictus; seu vnum sufficit ad tutelam pericar-  
dium, æquè ac ad refrigerium; quia cor vnum tantum existit.  
*Utrinque autem unus extat ventriculus, diversa structura, inferius  
affrenda, distinctus.*

11. *Vnus quidem à dextris ad os situm habet, alteram  
venam attingens. Et hic quidem, dexter inquam, in sinistris;  
(in his enim totum cor sedem fixie) quin etiam hic, in totum  
ampliorem habet capacitem, & longè altero laxior est; neque  
cordis extremam partem occupat, sed postremum mucronem  
relinquit. Solidus tamen est, tanquam foris assutus.*

*Cor in si-  
nistra par-  
te thora-  
poris, ait Arist. 2. de part. anim. cap. 7. omnino priori parti com-  
pis, & fere missum, ait idem 2. de part. anim. cap. 4. hic autem ad sterni os,  
medio quo tueatur cor, potissimum vergit, ad venæ cavæ caput veluti an-  
cororis. ait Hipp. lib. de cat. seu alteram venam attingens, amplio-*

**V**NVS ex prædictis ventriculis dexter est, in parte sinistra  
thoracis situs, in qua totum cor sedem fixit, fere in medio cor-  
te thora- poris, ait Arist. 2. de part. anim. cap. 7. omnino priori parti com-  
pis, & fere missum, ait idem 2. de part. anim. cap. 4. hic autem ad sterni os,  
medio quo tueatur cor, potissimum vergit, ad venæ cavæ caput veluti an-  
cororis. ait Hipp. lib. de cat. seu alteram venam attingens, amplio-  
rem sinistro capacitatem habet; quia sanguinem per venam cavam  
Ventriculi suscipit, tūm ad pulmonum nutritionem per venam arteriosam,  
dextri de- tūm ad ignis in ventriculo sinistro contenti, per septum trans-  
scriptio. versum. Neque hac ratione, tanti caloris focus est, quanti ventri-  
culus sinister; cūm calor in magno conceptaculo, miro naturæ consilio,  
exolescat: ait Arist. 2. de part. anim. cap. 4. longè etiam altero laxior  
est; sanguinis laxitatem cōciliantis, magis quam ignis, sanguinem  
fort

fortiter impingentis & exiccatis, naturam redolens. *Solidus* tamen est; ut contentus in ejus foveis & cuniculis ignis securè conservetur: & nè auriculatum cordis instar, mollieris & ratioris texturæ, ejus fervorem, quo lædi posset, tam facilè persentiscat. Nec tamen parem sinistra soliditatem habet: quia, ut posterius differetur, fortiorum in sinistro ventriculo, quam dextro, ignem natura constituit. Neque ad extremum mucronem sua longitudine pertingit: sed paulò sublimior est; ut ab eo in sinistrum ventriculum, illustris sanguinis radij, aëre per septum transversum fluctuantur impulsu, facilius citiusq; descendant. Longitur vero cum alio ventriculo quasi *sutura*; quæ in valido corde non tantopere apparere reputatur; ve in debili, laxo, & hebeti; hoc attestante Arist. 2. de part. anim. cap. 4. ubi ait: *Quinetiam articulationem quandam rimis, suturisve capitibus, similem habere visuntur* (ventriculi scilicet cordis de quibus sermonem habet) quamquam non ita constant, ut quod pluribus sit compactum. Sed, ut modo dixi, articulationem potius ostendunt. *Sunt articulatoria corda eorum* quæ sensu sunt hebetiori, ut suum.

**12. Alter vero sub mamma quidem sinistra præcipue situs est, cui maximè è directo respondet: ubi etiam saltu ipso de se significationem perhibet.**

**S**INISTER ventriculus, ratione *situs*, mammae sinistrae respon-  
det: cuius rei indicium perhibet *saltus*, quem manu supra ventriculum mammam sinistram apposita sentimus; & extra manus sensum, descriptio intrà grandiores cordis depravato pulsu, seu palpitatione laborantis, impulsus, costarum laxatio quondam secuta. Hic desin-  
nant curiosiores anatomici vltérius agitare; an in diastole, cor diastole  
pectus percussiat; an vero in systole: & ab Hippocrate pectus fe-  
rile discant; cum dilatatur, seu in diastole: cum enim sub fini-  
stra mamma saltu de se significationem perhibeat; quoniam alio mo-  
tu, quam diastrois, id facere posset: cum in systole non fiat sal-  
tus, sed è saltu in priorem statum regressus: nec systole ullam de  
se significationem exhibeat. Et certè si rem ad experientiam  
deducere quis volens, carpo simul, & mammae sinistrae manum  
admoveat; eodem tempore ictum, seu saltum in carpo, & mama

B 2

*sinistra , facili ratione percipiet. At idem est cordis & arteriarum motus & tenor; vt ostenderetur in altero commentario: arteriae verò in sua diastole salientes manum feriunt; ergo & cor.*

13. *Septum autem habet crassum, & intus tanquam fossula excavatur, quæ est ad instar pile.*

*Septi cor-  
dis de-  
scriptio  
& usus.*

**V**TERQUE ventriculus septo crassiore separatur. Crassiore quidem; vt intrà continuos cordis saltus, validè in medio utriusque ventriculi resistat, connati in sinistro ignis violentum fervorem à dextro arceat: ne par in veroque ventriculo ignis, è sanguine per venam cavam in dextro aëtem disgreget & trahat, citra sanguinem: (vt in sinistro per aortam fieri solet) in fraudem, & ignis in ventriculo sinistro existentis; qui illo, sed vero, per septum transversum fluctuante nutritur: & superiorum partium, seu pulmonis; qui sanguine per venam cavam, & dextrum ventriculum in eum accedente, nutritionem habet. Fossiculæ autem *instar excavatur* hoc septum: quæ objecta sanguini in dextro ventriculo per venam cavam effuso, molis instar & aggeris, contentum in ventriculo sinistro ignem, ab ejus insultibus immunem salvumq; tutatur.

14. *Quinetiam pulmonem subit, & suo circumjectu caloris incrementum blandè moderatur: pulmo enim natura frigidus est: quin & inspiratione perfrigeratur.*

*Septum  
pulmonis  
officium  
præstat  
cordi.*

**S**INISTRO cordis ventriculo, pulmonis etiam officium præstat hoc septum; & sic pulmonem subit: qui, vt totus raritate sua aëri pervius est; sic & cæcis meatibus, septum: vtque pulmo frigidus est, quia ex sua natura sanguineus; sanguis autem frigidus est, sed calefacit; & à frigido aëre per respirationem adveniente refrigeratur: sic & septum cordis ejusdem naturæ, seu sanguineæ, à seipso frigidum est, vt sanguis; quamvis continuo proximi ignis commercio incalefacat. Sed non secus ac pulmo ex dextro ventriculo, contrarium corporalimentum, vt ait lib. de alim. quia frigidum aërem, quo refrigeratur, intrà diastolen in sinistrum ventriculū patitur cōmcare: vt sic toto suo circumjectu aëre

aëri pervio, caloris incrementum blanda ventilatione moderetur.

15. Ac ambo quidem, interiore parte sunt asperi, ac velut aliquantulum erosis; sinistram, magis quam dexter.

**V**TERQUE ventriculus cordis, foveis interius excavatus existit, ac veluti aliquantulum erosus. Nervulis tamen, <sup>cordis in-</sup> seu fibris vatis, in reticuli rioris texturæ formam implexis, terius foveolarum orulas coërcentibus: ut in hisce detentus foveis & asperis. cuniculis ignis connatus, & securam fibratum reticulatarum ope custodiam nactus, cæteris corporis effulgeat partibus; intra varias saltuum cordis vicissitudines multiplicatus.

16. Connatus enim ignis in dextro non est; vt mirum su- beat, sinistrum asperiorum fieri, cum intemperatum aërem in- spiret. Sed hac parte <sup>ut calidi robur custodiat</sup>, crassitudo intus extracta est.

**R**EDDIT rationem Hippocrates in hoc textu, qua foveas in *Cur ventricle* cordis ventriculo, maximè autem in sinistro, na- triculicor- tura confeccerit: & objicit etiam sibi, parum in ignis tam necel- dis asperi farij conservatione, naturam consuluisse videri alicui posse, fo- sim inte- vearum in utroque ventriculo productione. Quid enim in dex- tro eas excavavit? Cùm in eo connatus ignis non sit, vt huic muneri inutiles esse debere inde constet, seu eas conservando Connatus igni nativo non esse institutas. In sinistro, minùs etiam; cùm ignis in hic ad ignis ventilationem intemperatum, seu frigidum, per arte- dextro riāt magnam ex venulis, seu arteriolis, ut explicabitur textu 23. non est inspiret aërem; seu intra systolen accipiat: qui cùm sua præsentia ventricu- ignis fervorem temperare possit, ac quasi evincere; an non in- consultò natura tales foveas in illo ventriculo confecisse vide- tur; quarum erosione, debilitata cordis substantia, nativo igni detrimentum accedere posset? Ad quæ respondet: Utrumque ventriculum, magis autem sinistrum, internis foveis à natura donatum extitisse, & factum asperiorum; ut qui solus connatum

quasi totius sentientis habeat ignem, seu principium magnum, quo dextri etiam ventriculi substantia, arteriarum ope ex eo procedentium, foveatur; ac proinde copiosioribus & grandioribus cuniculis conservandum: dexter vero pulmonis gratia, ac veluti ~~in~~ <sup>ad</sup> fons connatum; & partim ex altero ventriculo circulante, qui levioribus ad custodiam egeat; ejus substantia non multum forti & crassa existente. Neque tamen à carnis erosione ventriculus dextro metuendum naturæ existit; cum mira providentia, eam patetis asperior & illi ventriculo, seu carnis crassitudinem adjunxerit; quæ, quantum crassior. fovearum erosione, roboris, in custodiendo igne decisse posset, tantum interioris substantiae crassitudine compensaret.

17. Eorum vero oscula aperta non sunt, nisi quis auriculas cordis, ejusque caput praecidat. Tunc duplia oscula in duobus ventriculis erunt conspicua.

Oscula  
rum cor-  
dis de-  
monstra-  
tio.

**V**ENTRICVLORVM cordis oscula, quatuor vasis à natura præfectis communicantia, intueri aperte desideras? ea successivis auricularum cordis & ventriculorum motionibus patent: sed cum oculis non sint conspicua aperto thorace, hac ratione facilè conspici possunt. Auriculas cordis, & caput secundum præscinde; ad capitis enim præcisionem, venæ cavæ & arteriæ venosæ oscula, quæ illi respondent in diastole, quasi ea facta, appetiri experientia constat: auriculis tandem præcisis, falcaræ seu sigmoides patent: quæ ijs etiam respondent, quasi systole facta. Tuncq; duplia in duobus ventriculis oscula, in conspectum se prodent aperta.

18. Vena enim crassa ex uno decurrentis si secetur, visum fallit.

Oscula  
cordis va-  
sorum a-  
pertione

**Q**UOD si ex parte vasorum, eorumq; sectione, oscula cordis pertinere secta ex uno, potissimum autem dextro ventriculo decurrente vestrari non na crassa, seu cava, quæ arteriæ venosæ in sinistro originem depassant. dit, hallucinetur visus, valvularum tricuspidum fibris, internam ventr

ventriculi cordis substantiam interstinguentibus, & hujusce *vif-* *Crassa*  
*ceris nervis*, in animali visum fallentibus. Quod autem per ve- *vene que.*  
nam *crassam*, *cavam*, ejusq; *propaginem*, id est arteriam venosam  
intelligat Hipp. patet, ex lib. de off. nat. *crassam* enim venam in  
sinistram cordis partem excurrens, id est arteriam venosam velu-  
ti fructicare, sanguinem continere, & per hepar ferri docet; quæ  
soli venæ cavæ competere quis non videat? Ait autem: *A vena*  
*crassa* ex corde recurrit una in sinistram partem inclusa. Et ibidem:  
*Vena*, que sanguine fluit, *crassa* est appellata; & per jecur fertur. Idem  
autem arteriarum id est aortæ, & venæ arteriosæ sectione con-  
tingere, hoc est oscularum cordis, visum impediri, recta ratione  
non ait Hipp. cùm earum valvulae in ipsis ostiolis à natura excogi-  
tatae sint: vt ait textu 28. quæ proinde vasorum eorum apertio-  
ne, subsidente corde, visum non fallant.

19. *Hi sunt humanae naturæ fontes, quibus humani corpo-  
ris alveus irrigatur. Hinc flumina excurrunt, que vitam  
homini conferunt; si resiccata fuerint, homo perit.*

**V**T fontium, de quibus hic agit Hipp. & materiæ, quam *Duo na-*  
*per omnes corporis partes distribuunt, naturam perfectè tura fon-*  
*cognoscere possimus, quædam supponenda sunt ad illius & tes.*  
*Aristotelis mentem, gravibus apud tantos authores involuta*  
*difficultatibus.*

Ac primò quod, vt inferiùs afferetur, animal dupli modo  
considerari potest: vel in quantum est mixtum quid, vel in  
quantum est animatum: in quantum mixtum, ex elementis  
constat, potestate ejus naturam constituentibus.

Secundò, quod quemadmodum *anima duplex est officium, ale-* *Anima*  
*re, & movere ut ait Arist. 2. de part. anim. cap. 7. sic duplex ne-* *duplex of-*  
*cessariò esse debet animati corporis principium: quorum unum* *ficiunt.*  
*moveat, alterum verò nutriat; cùm unum idemque, duplicitem*  
*hanc facultatem habere non possit: quia nutritio, à frigido; mo-*  
*tus, à calido fit. Hæc autem meritò sunt ignis substantialis; &* *ignis om-*  
*aqua, id est sanguis: quia, ut ait Hipp. 1. de viet. rat. *Aqua omnia* *mo-*  
*nutrit, ignis verò omnia movet. Et Arist. lib. 2. de resp. *Anima igne ver, aqua**  
*omnia in corpore operatur. Et probl. 59. sect. 11. *Sanguis alimento nutrit.***

*corporibus est. Et 3. de part. anim. cap. 5. Sanguis, aut quod vicem sanguinis tenet, totius corporis materia est. Recteque proinde ait ibidem Hipp. Omnia animantia, tūm homo ipse, ex duobus constant; facultate quidem diversis, usu verò consentientibus: igne, inquam, & aqua. Repetit idem 2. de vict. rat. inquiens: Ex igne & aqua constant cuncta, tūm animantia, tūm è terra nascentia: & ex his crescunt, & in eadem resolvuntur. Et inde Arist. lib. de long. & Animata brev. vitæ, cap. 2. Ignis & aqua, & his cognata, non habentia ean- omnia ex dem virtutem, existunt generationis & corruptionis causa sibi invi- igne & aqua con- cem; quare, & qualibet aliorum ex his existentia, & constituta, parti- fiant.*

*Quid autem per aquam & ignem intelligent Hipp. & Arist.. ex- telligant plicare non ita arduum est. Per aquam enim quid aqueum, aut Hipp. & potius, vt ex Arist. dictum, quid aquæ in animante cognatum, id est Arist. per sanguinem intelligent: sed citra substantiarum, id est humorum ignem & disceptum & secretionem, & ignis, seu calidi (non superantis & aquam. prædominantis, vt in arterijs, & corde) sed remissi in venis asso- ciationes, vt sic massa sanguinea, leni calore & prædominato donata, sanguis, aut aqua simpliciter in animante nuncupetur; frigida quidē dicta, quia calefaciens, non calida; id est leni calore ignis circulantis perfusa; quo liquefit, non superatur, id est ignis more respirat; hoc est pœtē ad nutritionē ignis primū secernit Remissa & trahit: quia remissa apud Philosophos dicuntur cōtraria. Quā- dicuntur vis Hipp. dūm latētes in sanguinis massa substantias enumerat 4. contraria. de morb. melancholicū vulgo dictū humorē (si ita loqui fas) quē ichoroidem, & tenuem sanguinē vocat 6. epid. lect. 2. text. 29. aquam appelleat; (si interpretibus fides) cùm hic humor ad aquæ elemē- taris naturā, magis quām illa alia, contentarū in sanguinis massa substantiarū, propius ob tenuitatē accedere videatur; quem ta- men (verosimilius) ichor, secundūm prædictū epidemiōrum tex- tum, aut humiditatem; vt legitur lib. de alim. ad tanti senis men- tem interpretes indigitarent: vt in lib. de nat. hom. differetur.*

*Per ignem verò non purum ignis elementum intelligunt; sed quid elementi ignei particeps: aut potius, vt dictum, quid in ho- mine igni cognatum, & cum ejus natura associatum, sed prædomi- nans; & quod cæterorum ignium more, aëris primū secreti*

resp

respiratione subsistat, privatione extinguitur. Neque enim ignis elementaris, purus ignis est, ut neque aqua, sed quid igneum & aquatum: ait Arist. 2. de gen. & corr. his. veribus: *Non est autem ignis quid ignis, & aer, & unumquodque predicatorum simplex, sed mixtum: simplex igneum.* cia autem talia quidem videntur, non tamen eadem; ut quod simile igni, est igneum; non ignis. Et 3. de gen. anim. cap. 11. *Quartum genus (ait) non his locis querendum est, quanquam aliquid esse exigit ordine ignis: id enim quartum corpus enumeratur. Verum ignis formam non propriam semper habere videtur, quod ignitum est; sed enim hoc genus apud lunam querendum est.* Quæ cum ita sint: necesse est, ut quod igneum sit, aliud ab igne secundum partem existat, quod ejus dominantis & actus suos exercentis participatione, & associatione igneum evadat. Indeque ait Arist. 2. de part. anim. cap. 2. *Quædam per associationem calescere: hac ratione carbonem, aquam ferventem, & sanguinem, ignemque ipsum (seu quidquid igneum est) calidum esse;* ut in textu ultimo ulterius affetur. Quod Aristoteles ab Hippocrate mutuatus est, qui, ut ignis alterius materiæ superatæ societate, igneum quid existit; animantis ignem cum portione veri sanguinis quam *illustrem* vocat associatum, nunc ignem à prædominante in ea sanguinis portione calido, id est igne, quasi quid igneum; nunc sanguinem appellat, sed calidum; ratione sanguinis illustris cum igne superante associati: ut lib. de morb. sacr. Et ita rectè duplē facit: quorum alter *frigidus* est, sed calescit; id est remissè calidus est, dum ab igne devicto intrà reactionem calescit, nec fervet, venosum sanguinem (aquam diximus) intelligens: quia licet in eo sit ignis, sanguis tamen in associatione prædomina- *ignis dominatur:* & quamvis tangentes calefaciat cæterorum ignium more, *minium* non tamen aërem segregat & trahit quo seruat, ut dictum. unde nos. Alter vero *calidus* est, quem ignem vocat: quia ut in alio, sanguis; *catur.* sic in hoc, ignis superior est: unde cæterorum ignium more non solum calefacit, sed & aëre secreto quo fervet nutritur; id est respirat frigidum; non solum exterius, per arterias externas; sed à sanguine per venas, arteriarum in eas desinentium ope: in quo dominantis in associatione ignis natura internoscitur, qui sine secreto exterius aëre in animante, ut in cæteris, vivere non potest. Et inde ait Hipp. *Omne calidum frigido moderato nutritur,*

C

lib. de nat. puer. Et ibidem. *Quaecunque incalescunt, id est ignem concipiunt, quo superentur in associatione, & ignea fiant, spiritum emittunt; id est calidum aërem pellunt ex se, & alium vicissim frigidum, quo ignis nutriatur, attrahunt in se: calidi tamen prius excentis, viamq; frigido struentis, id est secernentis ope.* Sed lib. de flat. *Ignis spiritus nutrimentum præbet, eog; privatus ignis vivere non potest.* Hoc autem cum accidat igni animantium, id est sanguini calido, in corde & arterijs habitanti; quis verè ignem esse non afferat? Qui tamen non vrat: ejus fortiore calido, vi aeris & sanguinis associati, licet evicti, paulisper moderato. Et quamvis per omnes corporis partes feratur, non tamen sub eadem semper associatione; sed saepius aëris calidi cōmectio, & societate. Hanc sanguinis calidi, & ignis homonymiam in animante, mutuatus est Aristoteles ab Hipp. ignem enim non modò vocat in textibus prædictis, & alijs quamplurimjs, sed etiam sanguinem calidum & palpitantem lib. 3. de hist. anim. cap. 19. vbi ait: *Palpitat intrà venas sanguis animalium omnium, pulsusq; simul undique movetur; solusq; omnium humorum sparsus per totum corpus animalium est: & semper, quamdiu vita servatur, sanguis unus animatur, & fervet.* Oritur primum in corde, antequam totum corpus formetur. Hæc enim omnia soli igni, id est sanguini calido, competere quis non videat; qui per totum corporis habitum è corde, in quo primum oritur circulationem habet: salit in arterijs; & quamdiu vita servatur, animatur & fervet, aërem ad nutritionem trahens; in cæteras partes influit, easq; movet: mortuo animante perditur, solo venoso sanguine in vasis restitante.

*Animata igne & aqua conflare patet experientia.* Hæc duo animantium principia, ignis & aqua, sensibus existunt conspicua. Si enim calidum corpus tactu percipias; à quantum principio hoc habet, nisi ab igne intrà secretiores corporis latebras circulante? Si fluidum; nisi ab eodem igne, seu calido, sanguinem in venis liquante? Quod enim omne humidum sit calidum, ex hoc ostenditur manifestè. Si quis humani corporis particulam quamcunque volet secet, sanguis calidus effluet; & quamdiu calidus erit, liquidus erit, ait Hipp. lib. de car. & Arist. Nullus humor sine calore est. 5. de gen. anim. cap. 3.

Quod verò hoc calidum, quo corpus constat, incalescit, & humor funditur, ignis substantialis sit, nulla difficultas esse debet:

ut ait Arist. lib. de spir. cap. 5. Hæc enim sola artis ad naturam est Ars & genere differentia: nam illa tanquam instrumento, calore utitur; hæc, & ut in tura quo strumento, & ut materia. Qui enim ab arte ad opus adhibetur ignis, modoigne ipsius operis pars non est: at qui in natura habetur calor, diffusus per ipsum opus est, atque una cum ceteris substantiam ejus explet: & nulla in hoc difficultas est. Quod si verum sit; verè calor in animantis natura conclusus quid igneum esse debet, id est substantialis ignis, non simplex calor; qui ut accidens est, nulli unquam potest esse materia: nec proinde animantis substantiam explere potest.

Quia autem exhibet principijs in seminis potentia latitanti bus & eductis, animati corporis natura generatur; ijsdemq; subsistit ( ut vltius in lib. de nat. puer. disseretur ) in quavis illius parte mirabili harmonia devinctis; sic ijsdem junctim per corporis alveos diversa tam proportione excurrentibus nutriti, & conservari æquum erat: ut sic nunc ignem in parte quadam adaugentibus, fieret motus; incalesceret pars: nunc aquam extollenibus, refrigeresceret; cessanteq; motu, nutritio debitum finem humoris appositione assequeretur: neq; tamen aliquod ex ijs consideret in totum; ne, vel animal nutritionis aut motus expers fieret; aut ignis omnimoda aquæ absentia, citra associationem subsisteret; vel aqua citrà ignis commercium moveretur, à concretione tuta, testaque: quæ omnia & horum principiorum, & animati corporis naturæ, in totum repugnare videntur. Hæc autem his obscurissimis verbis sic effatur Hipp. i. de viet. rat. Quæ duo simul juncta, tūm alijs omnibus, tūm sibi invicē satis sunt; vtrumq; verò seorsim, neque sibi ipse, neque cuiquam alteri satis esse potest. Horum igitur vtrumque hanc obtinet facultatem. Ignis siquidem omnia semper movere, aqua verò omnia semper nutritire potest. At secundum partes, vtrumque superat & superatur: si ad summum, vel ad minimum, quoad ejus fieri potest, consideretur. Neutrū enim hanc ob causam prorsus superare potest. Ignis siquidem in extremam aquam irruens, motu deficitur; avertitur igitur, unde ali debuerat. Aqua verò in extremum ignem irrumpens, motu deficitur, qui in ea sistitur; & cùm constiterit, non amplius superior existit, sed sanè ab irruente igne in alimentum consumitur; easq; ob causas, neutrū penitus superare potest. Quod si alterutrum etiam aliquando superaretur, nihil eorum, quæ nunc existunt, permaneret. Cùm autem ita semper se habeant,

C 2

eadem erunt, & neutra; neque simul deficient. Explic. per partes. Quae duo simul juncta, nempe principia animantis, ignis scilicet & aqua, & in illius quavis parte, & invicem in corporis vasis, tūm alijs omnibus, id est animantis partibus, tūm sibi ipsis satis sunt. Vtrumque verò seorsim, citra junctionem & societatem, nec sibi nec cuiquam alteri satis est: id est, nec animantis naturæ, nec sibi sufficit. Rationem reddit in sequentibus. Horum igitur utrumq., hanc nutrit. obtinet facultatem: ignis siquidē omnia semper mouere, aqua verò omnia semper nutritire potest. Cūm enim ( ut dictum ) animæ duplex existat officium; alere, & mouere: sic ijs satisfacere debent bina principia; aliud ad nutritionem, aqua scilicet: aliud ad motum, ignis nimirum. Hęc autem sibi eadem ratione satisfaciunt: ignis enim cum aqua associatur, & aëre ex illius humiditate prodeunte nutritur: aqua verò ignis ope movetur, calescit, & à cōcretione prohibetur. At secundūm partes utrumq. superat, & superatur, si ad summum, & ad minimum, quantum fieri potest, consideretur. Sed dicet aliquis: cūm tanta inter se dissensio contraria existant hęc principia; quomodo, ut nutritio & motus fieri possint, prædominari potest utrumque, cūm officium à prædominante præstat: Respondeatq; hoc, partium corporis habita ratione, cōtingere in quibus vel in maximo naturali viventis, vel minimo reperiuntur: cūm de die, & intra vigilias, v. g. ignis in exteriori circumferentia dominatur, & in maximo naturali existit, liquata, & prædominata ibidem movetur aqua; quæ, ut in interna ventris circumferentia eodem tempore in maximo naturali existit, & nutritionem præstat, id est apponitur igne devicto; sic in externa in minimo naturali est, & viceversa: quæ omnia sequentibus sic verbis exprimit. Neutrum enim hanc ob causam prorsus superare potest. Id est, hac enim de causa, neutrum principiorū in totum superius esse potest: nec ignis, aqua; nec viceversa. Ignis siquidem in extremam aquam irruens, alimento deficitur. Ignis siquidem in quadam corporis circumferentia in maximo naturali existens, & sic in aquam extrema, id est in minimo naturali existentem, devictam, id est ab igne omnia movente motam fusamq; irruens, alimento deficitur; id est nutritio non perficitur, sed superat motus, id est distributio sit: Avertitur igitur, unde ali debuerat. Ex hac ergo corporis circumferentia, ut nutritio in ea perfici possit, averti debet ignis

ignis, in ea quasi deficere, & in minimo esse; in opposita vero superior, id est in maximo. Aqua vero in extremum ignem irrumpens motu deficitur, qui in ea sistitur. Pat ratio existit de aqua; quæ, dum in maximo naturali existit, & ignis in minimo, id est in extremo ignem irrumpt, motus trahitus cessat; incrassata vi deficientis caloris aqua: & sic ignis, in ea sistitur; id est cum aqua superante miscetur. Et cum constiterit, non amplius superior existit: sed sane ab irruente igne in alimentum consumitur: id est, & dum aqua ab igne maximo variè in vasis mota, & calefacta, in partes tandem, vasis divulsis attracta, ignis maximi absentia, crassior constansq; in partium substantia apposita fuerit, in ea non amplius superior existit maximus circulationum afferendarum ignis, sentientis naturæ (ut mox dicetur) quo liquefacit iterum trahatur; sed conati in parte ignis, qui sistitur, ut dictu, id est cum quo superato mixta fuit & incrassata, vegetantis naturæ, ut mox explicabitur, alimen- tum evadit; quo, per æratum decursus sensim exhausto, ignis ve- getantis naturæ nutriatur; & sic (ut saepius dictum) animantis na- tura, igne & aqua constituantur. Easq; ob causas neutrum penitus su- perare potest. Quod si alterutrum aliquando superaretur, nihil eorum quæ nunc existunt, veluti nunc se habet, permaneret. Utque ob eas nutritionis scilicet & motus causas, neutrum principiorū supe- rari in totum potest: sic, si aliquando superaretur aliquid; nullum animatum nutritionis & motus capax subsisteret. Cum autem ita semper se habeant, eadem erunt: & neutra, neque simul unquam defi- cient. Cum autem omne animatum toto vitæ tempore ita subsi- stat, nutriatur, & moveatur; eadē debent esse in eo semper prin- cipia: neque tamen in totum eadem; sed quæ per varias vnius in alterum contentiones, dum eadē sunt & alterantur, neutra fiant; id est alia, utramque naturam, sed ætati & corpori proportiona- tam, participantia; & sic nunquam simul deficere possint.

His autem omnibus, id est principiorum usq; quidem consen- Naturam  
tientium, sed facultate diserepantium conservationi, & alternatæ dī consili-  
citra extremam alterius cladem utriusque victoriæ, & sic ani- tuerunt  
mantis nutritioni & motui, mira providerunt industria superi; certo or-  
quos naturam certo ordine constituisse profert Hipp. i. de viet. rat.  
dine.  
primam enim ea principia in duabus partibus corporis produci  
voluerunt; è quibus dum perenni in cæteras veluti cōmercio, ad

vitæ conservationem derivantur, avertis ac quasi obliquatis ab utraque officina ductibus, periculosem in ijs utriusque summum commercium prohibetur: ne alterum de socio & hoste, facile posset in proprijs laribus triumphare. *Ignis ergo* (ut dictum) in sinistro cordis ventriculo lararium assignarunt, per cæcos septi transversi meatus: aquæ, per venam cavam irruentis injurijs vix obnoxium; & illius veluti tributum per radios saliendo percipiens: utque ait in fine lib. de oss. nat. *In angustia transitus* (venæ cavæ) *cor intus collocatum est*; & *valulis* ut ait textu 30. hujusc libri, exactam molitionem adeptis conclusum: ne sanguine, quæ data porta, in sinistrum ventriculum per aortam irruente, nativo igne suffocato, animantis vita facili ratione concideret. Aquam vero, id est sanguinem, perfici in hepate voluerunt: in quod, ne cum animantis discrimine ignis irrumpere, idq; liquare, & fundere posset, crassioribus illud orbarunt arterijs; ut inde, inquit

*Arist. 3. de part. anim. cap. 4. Venas*, id est arterias, per jecur non tendere. Et 1. de hist. anim. cap. 19. *Jecur vena majori* (seu cavæ) officina annexum esse, nulla ex parte aortam attingere. Quia paucæ arteriolæ crassis or- satis erant ad partis hujusc sensu fere destitutæ, & concretione batur ar- gestientis, constitutionem naturalem; crassioribus in internam terijs. venarum cavitatē desinentibus; ut ignis opera calesceret sanguis, & liquaretur; & superante humidi, id est sanguinis fusi calorem in hepatis substantia frigido, non modò primū coagmentaretur hepar; sed & frigidus, id est sanguinis calescentis promptuarium tandem extaret: ut dictum textu 2. Hinc Hipp. 1. de nat. mul. hepar *inveniatur* vocat, seu humidi, & gratioli humoris fontem. Et, 1. de vñct. rat. non secus ac terram, seu ventrem, ea quæ in se illabuntur, alterare ait. Et inde Arist. 3. de part. anim. cap. 7. *Cor & jecur* (ait) omnibus animantibus necessaria sunt: alterum propter caloris originem; locum enim adesse aliquem, quasi lares focumq; oportet, quo naturæ fomites, & primordia ignis nativi continentur & serventur; eundemq; tutum esse, veluti arcem corporis totius, necesse est: alterum, jecur dico, cibi concoquendi gratia adest: & quidem nullum sanguine præditum, ijs duabus carere potest.

Tum ex hisce partibus vasa tanquam alveos diduxerunt; venas scilicet ex hepate; arterias ex corde; quæ in eas radices agerent, & ex ijs, communem per universi corporis partes materiam, ignis

&amp;

& aquæ mixtione constitutam, incessanter defertent. (*Animum Animus*  
*vocat Hipp. ignis & aquæ temperationem sortitum, partes autem ho-*  
*ignis &*  
*minis i. de vici. rat.) arteriam, magis ignis, id est sanguinis calidi,*<sup>aquætem-</sup>  
*quam venosi, id est frigidi & calescentis; venam, hujus magis quam*<sup>perationē</sup>  
*ignis. Quia ut ait lib. de car. Arteria, calidi plus continet, quam vena*<sup>adeptus</sup>  
*cava. Et inde lib. de alim. Venarum origo, tanquam radix, hepar est Radicatio*  
*(ait) arteriarum, cor. Ex his (id est venis & arterijs) per omnia san-*<sup>venarum</sup>  
*guis; secretus seu verus, per cor; è quo, calidus, id est igneus cir-*<sup>hepar, ar-</sup>  
*culationem habeat; ut mox dicetur: permixtus per cæteras par-*<sup>teriarum</sup>  
*tes ad nutritionem: & spiritus, id est aëris, ad ignis nutritionem,*  
*sanguinis distributionem, sensum animalem & motum pervaga-*  
*tur; calorq; (seu ignis) per hec omnia: debilior tamen per hepar, ex*  
*majorum arteriarum defectu; quarum occasione, fortis ex corde*  
*circulatur. Hi verè sunt humana naturæ fontes, quibus humani corpo-*<sup>Humanæ</sup>  
*ris alveus irrigatur: alter, sanguinis, vena scilicet; alter, ignis, arte-*<sup>naturæ</sup>  
*ria nimirū. Hinc flumina excurrunt, quæ vitâ homini conferunt; quæ*<sup>fontes.</sup>  
*mansiō est caloris, id est ignis in humido nutritive; quemadmo-*  
*dum generatio viventis, prima illius ab igne participatio, lib. de*  
*vita & mort. cap. 14. & si resiccata fuerint, homo perit. Cùm, ut nec*  
*sine nutritione, & motu vivere potest; sic neque sine duobus*  
*hisce principijs, à quibus procedere dictum: vtroque, circulatio-*  
*nū afferendarum opera, citra ruinam alterius nunc superato,*  
*nunc ovante: si prius cuius originis & virtutis sunt, à calidi san-*  
*guinis, seu ignis natura, initium facientes, enodaverimus.*

Quidam, animantis calidum non elementaris, sed cœlestis <sup>Calor na-</sup>  
*originis, novi in arte medica Promethei jactitant; qui Hippo-*<sup>tivus an-</sup>  
*createm & Aristotelem in suam opinionem vel invitos, nec vn-*<sup>cœlestis,</sup>  
*quam tale quid effari cogitantes, adducere facili negotio posse*<sup>an ele-</sup>  
*viderentur. Ille enim lib. de car. animantium principia, sanita-*<sup>mentaris,</sup>  
*tis & morbi causas describens: De cœlestibus (ait) autem rebus, &*  
*in sublime positis, nihil attinet dicere, nisi in quantum conferunt ad*<sup>Defendi-</sup>  
*demonstrandum de homine, & de reliquis animantibus, quòd ex his*<sup>tur, cœle-</sup>  
*constant, & procreata sunt, quodq; animo sunt prædicta, & quòd sani-*<sup>stem esse</sup>  
*tas & morbus, quodq; in homine inest boni vel mali, & mors ipsa inde*<sup>Hipp. au-</sup>  
*proficitur. Quod non nisi de calido intelligendum (quod ani-*  
*mum simpliciter vocat Hipp. ut posterius explicabitur) esse, fa-*  
*cile quisquis videat, qui vix aliud in animante cum cœlestibus*

commune esse perpendet, quo constent & procreentur. Aristoteles verò lib. 2. de gener. anim. cap. 3. expressis verbis calidum cœlestis naturæ in animante esse pronunciat. Ait enim : *Omnis anima seu virtus, seu potentia, corpus aliud participare videtur, idq; magis divinum, quām quæ elementa appellantur. Verū prout nobilitate, aut ignobilitate differunt; ita & natura ejus corporis differt. Inest enim in semine omnium quod facit ut fœcunda sint semina, videlicet quod calor vocatur : idq; non ignis, non talis aliqua facultas; sed sp̄ritus qui in sp̄umoso corpore continetur, & natura quæ in eo sp̄iritu est, proportione respondens elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum generat animal, neque constitui quidquam densis, vel humidis, vel siccis videtur, &c. Sed quām longè à veritate talia effantes, & objicientes recedant, vt & ab Hippocratis & Arist. doctrina, jumentaris dicare difficile non est. Hippocrates enim calidum nativum natura ex ἔργον πῦρ, seu connatum ignem, pluribus locis vocat: maximè lib. Hipp. & de cord. Sed & 1. de vīct. rat. Irrepit, in hominem (ait) animus ignis & aquæ temperationē sortitus. Ibidemque : Irrepunt in hominem partes partium, tota totorum; quæ ignis & aquæ commixtionem habent. Sed & 6. Epid. sect. 5. textu 5. Animus humanus (ait) ad mortem usque producitur; cùm verò incensus fuerit, unā cum morbo corpus depascitur. Quo effato facilè intelligitur, nullam esse inter calorem naturalem, quem *animum* vocat, & præter naturalem (quem igneum dicunt) differentiam. Adhæc : cùm aëte elementari producat & nutriatur, elementaris naturæ esse necesse est. Productionem illius, ab aëte elementari in ignem intrâ uterum facessente, docet Hipp. experientia plurima lib. de nat. puer. ut ibidem explicabitur : quod autem aëte nutriatur, superius probatum ex eodem Hipp. qui sæpe sæpius aërem inter alimenta reponit : quia igni (vt ait lib. de flat.) sp̄iritus nutrimentum prebet. Quod verò ad illius textum ex lib. de car. spectat : tantum abest, ut in animante ignem cœlestis naturæ esse ferat, & ab elementari distinctum; quin potius cœlestem ab elementis & igne, cùm omnia perturbata essent; id est, quasi in prima chaos separatione, in superas orbis partes cœlosq; secedente, ortum esse ibidem ostendit. Ait autem textum persequendo: quod calidum vocamus, id mihi immortale esse videtur, cunctaq; intelligere, videre, audire, sentireq; omnia tūm præsentia, tūm futura (quia rationalis in homine anim*

ad Hipp. authoritatem.

animæ, in brutis sentientis simpliciter, ut in vegetantibus vegetantis instrumentum existit, à quo proximè omnes prædictæ emanant functiones; ut ab anima tanquam à radice, seu remotè procedunt) cuius pars, cùm omnia perturbata essent, in supremum ambitum secessit; quod mihi videntur veteres æthera appellasse. Inde lib. de flat. Solem, lunam, & sidera, ignæ naturæ esse docens, ad prædam aëris tenuioris moveri, cæterorum ignium more, ostendit. Ait autem: Quinetiam solis, luna, & astrorum viam spiritus dirigit; igni enim spiritus nutrimentum præbet: eoque privatus ignis vivere non potest. Atque adeò perennem solis & astrorum cursum, aëris perennis & tenuis esse facit. Arist. textus huic doctrinæ non magis favet: quod ut integrè innoteat, sciendum est, in mixtis præter elementa, formam, seu naturam reperiri, quam ex imperitia & admiratione, per inopiam consilij, divinum quid vocarunt antiqui, ut ait Hipp. lib. de morb. sacr. inde etiam formam morbi quid divinum vocat Hipp. Ait enim lib. de aëris loc. & aq. Hi omnes affectus divini sunt, ut & reliqui omnes; nullusq; altero divinior aut humanior existit, sed omnes divini: cùm horum quodq; suam naturam habeat; neque quicquā citra naturam fiat. Repetit lib. de morb. sacr. vbi ait: Omnes morbi divini, omnesq; humani reputandi sunt; naturam autem in se quisque habet. Hacq; ratione i. prog. considerandum est (ait) antequam prognosim aggrediatis, utrum in morbis quid divinum insit: id est forma morbi verè sit introducta, ut titè prognosis fiat: quia lib. de flat. morbū, quidquid homini molestiam affert (hoc verbo latè sumptō, causam, & symptoma capiens) esse docet; neque tamen morbi derepente hominibus contingunt, sed paulatim collecti acervatim se produnt; ait lib. de flat. neque ullus morbus ceteris divinitate prestat: ut repetit lib. de morb. sacr. Amplius i. de vict. rat. Ignorant homines (ait) quod artibus utantur humanæ naturæ similibus. Divina namq; mens (id est hominis forma) edocuit sua opera imitari. Hanc autem formam viventium, proprio vocabulo non semper vocitavit Hipp. sed cùm medici sensibiles Philosophi existant; proximum formæ viventis instrumentum, id est ignem, animam, ut supra dictum, vocavit; quamvis verè ea non sit, sed id, quo tanquam instrumento, anima seu natura occulta, ait i. de Anima vict. rat. suas operationes attingit. Quod Arist. 2. de part. anim. ignis non cap. 7. sic effatur: Quod enim nonnulli importunè statuunt, animam est.

D

esse ignem, aut aliquam hujusmodi vim, melius fortasse dixeris animam in quodam ejusmodi corpore constare. Cujus rei causa est, quod ad execuenda animæ officia, calor omnium maximè administrandi vim habet. Animam igitur esse ignem arbitrari, simile est, ac si asciam fabrum, aut artem fabrilem esse ideo arbitreris, quod opus non nisi his junctis efficiatur. His sic ad Hipp. & Arist. mentis statutis, recte ait Arist. *Omnis anima, sive virtus, sive potentia corpus aliud participare videatur, idq; magis divinum quam quæ elementa appellantur: id est, cujuscumque animæ natura substantiam ab elementis diversam quasi quintam & quid magis divinum participat: verum prout anima nobilitate ignobiliteréve, inter se differunt, ita natura ejus corporis differt: id est, vtque anima alia alteri nobilior est, sic substantia eam constituens nobilior aut ignobilior exstat. Inest enim in semine omnium animalium, quod facit ut fœcunda sint semina. In semine enim animalium latet proportionata animæ & animato potentia, quæ productionis causa existit; id quod calor vocatur; idq; non ignis non talis aliqua facultas est: hæc autem quamvis calor importunè vocetur, nec ignis est, nec aliqua anima actualis: sed spiritus qui in spumoso seminis corpore continetur, & natura qua in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum: sed aër qui in spumoso seminis corpore continetur qui ignem concipiens animæ instrumentum evadit; & anima, vegetans scilicet & sentiens, quæ potentialiter existunt in semine (rationalis enim extrinsecus accedit, & divina, id est creata, & quid divinum est, ait Arist.) & introductæ interna functionū principia fiunt: quæ, quia igne per incrassati seminis partes circulante corpus efforment, vt mox ex Hipp. afferetur, sic proportione respondent elemento stellarum, id est, cœlis; qui igne per orbem circulante operantur: aut vt mox dicetur ex Arist. in semine latet potentialis anima tanquam ignita. Quamobrem ignis ex se nullum animal generat, sine anima, neque aliquid animatum densis vel humidis; vel siccis, id est simplicibus citra animam elementis constitui videtur: nec vt concludit anima, quam quidam calorem in animalibus contentum vocant, ignis est, nec ab igne originem ducit; sed à seipsa in semine potentialiter existente.*

*Differen- Verè igitur animantium calor igneus est; non tamen purus  
tia inter ignis, à materia liber; sed quid igneum, vt dictum ex Hipp. &  
Arist.*

Arist. Sed dices, quænam inter hunc ignem veterum, & spiritum ignem vitalem recentiorum differentia? Qualis inter ignem & chitatem. Spiritus enim vitalis, ex sanguinis portioncula per septum transversum influente, & aëre eodem tempore per arteriam venosam in sinistrum ventriculum commeante, generatur. Cùm talis principiorum eodem tempore, & intrà eandem dia-  
stolen in illum ventriculum commeatio, ad productionem illius, impossibilis; & vitæ, cuius tamen satellitem & tutorem spiritum illum putant, omnino sit contraria: quia, vnum alterius ingressum remoraretur, ut inferius ostendetur: adde quod sanguis in diastole in cor subit, aëris vero in systole. Quod si ex solo sanguine calido spiritum vitale deducendum putas, quid non men non mutata ignis forma immutata? Nomen namque, lege quædam naturæ sunt sancta; formæ vero non sancta, sed veluti quædam naturæ sunt progermina. Hipp. lib. de arte. At hic quænam naturæ alterius quam ignis sunt progermina; quænam latentis spiritus eductio? Si solus sanguis ab igne, seu calido superatus, quid igneum evadat citra mixtionem, quæ ad formæ ignis desperditionem terminet: ut sic alia naturæ fiant sancta, sive nomina instituantur. Deinde cur spiritum illum vitalem circulari ad tenuioris aëris prædam, & ab illo cætera, quæ ex Hipp. & Arist. demonstraturi sumus de igne, fieri posse non pervulgas? Sed hæc satis: ignis in corporis differentias attingamus.

Quamvis ignis vnius tantum speciei sit, quia una est illius natura, qua caloris principium sit; multiplex tamen à nobis affectetur differentia, ratione naturæ multiplicis, cum qua associari, & conditionis, quam in ea sortiri potest.

Quemadmodum enim homo dupliciter considerari potest: Homo, vel in quantum est mixtum quid, vel in quantum est animatum: mixtum, & animatum.

Si spectetur in quantum mixtum, potentiam ignem habet, ejusque solum naturæ & conditionis; cum elementa in mixto potestate tantum existant: in quæ, si pereant, mixta resolvuntur.

Si vero consideretur in quantum animatum quid, duplēcēt ignis, etiam ignem habet, naturæ vegetantis, & sentientis: utrumque animati formaliter existentem, tanquam animari corporis potissimum corporis.

*Ignis naturæ vegetantis, in quavis parte corporis situs est, non secus ac in plantis; in quarum omne specie calor inest, ait Arist. vegetantis.* 1. de plant. cap. 1. *Connatus tamen earum, totiusq; naturæ simpliciter vegetantis, potissimum est in ea parte, qua sursum & deorsum copulantur; & medio germinis & radicis, tanquam in corde, ut ait Arist. lib. de resp. cap. 14. quia, ut ait 4. de part. anim. cap. 5. in medio semper querendum est hoc principium, seu cor. Inde fit, ut resectæ plantarum partes vivant; medio earum, cordi proportionali, vñà cum igne, integro persistente. Hic autem ignis magis immersus est in materia, & superatus, quām ignis animalium (ut ita frigida ad tactum sint vegetantia) vnde ob debilitatem, aërem quidem trahit æqualiter, id est ab omnibus partibus, quo nutriatur; nec tamen primum secesserit, id est ei viam facit forti calido, ut supra dictum, ad sensus, motusq; animalis productionem, cùm ijs careant hac de causa; sed mixtum cum substantia nutrita sibi consiliat; quo, ut tandem secretio, ignis; sic partes, reliqua substantia, nutriantur. Producitur autem in ipsa meri vegetantis formatione, à portione aërea & tenuiore semenis intrà terram, aut intrà uterum, aut quid proportionale in animalibus, quæ in prima generatione eo subsistunt, vegetantiaq; vera meraq; existunt, antequam in totum animalia fiant, coercito & concluso; in aërem primum, tandemq; in ignem faceffente. Hujus autem *prima participatio cum humido semenis, verè generatio viventis existit*, ut dictum est Arist. lib. de vit. & mort. Hac ratione vivit (ut dictum) primis diebus in utero semen animantis, aut potius fœtus quasi *planta futura animal factus* (& forsitan ideo fructum nascentem, *fætum* vocat Hipp. lib. de nat. puer.) & igne, in prima generationis mixtione, in quavis illius parte, ut in cæteris vegetantibus distributo, æqualiter, id est è quavis parte aërem trahit, seu movet, ex humido semenis. Indeque ait Hippocrates 1. de vict. rat. *Semen (in utero conclusum intelligit) cùm humidum existat, ab igne movetur; motum verò viviscit, id est vitam habet, vegetantem scilicet; quia ignis in eo ut in cæteris vegetantibus æqualiter undiquaque*, seu è quavis parte semenis (ut ait ibidem) cùm rarum est, aërem trahit; (in medium, seu*

seu quid cordi proportionale, & quæ tandem cor ferè in medio <sup>Car cor</sup>  
sentientis mira necessitate constituit) ut vltierius in lib. de nat. <sup>Semper in</sup>  
puer. differetur. Indéque ait Aristot. 3. de gen. anim. cap. 3. *Vivunt autem principio, & que in ovis, & que in animalibus gignuntur, vita planta. Adherendo enim capiunt primum & incrementum, & alimentum.*

Huic vegetantis naturæ igni vix dissimilis est exanguium <sup>Ignis, na-</sup>  
<sup>tura ex-</sup> quamvis sentientium; & animalium, sed imperfectorum; <sup>tura ex-</sup>  
cùm in toto exangi, & in parte quadam veluti media, & in lon- <sup>anguis,</sup>  
<sup>gum protensa, vegetantium, cordi proportionali connatus existat.</sup> <sup>& cor.</sup>  
Hinc, vegetantium simplicium instar, dissecta vivunt; vtque ait  
Arist. lib. de incessi. anim. cap. 5. *Exanguia autem, & ex multipe-  
dum genere nonnulla, dissecta extenso tempore, singulis vivere pos-  
sunt partibus; ijs quinetiam ipsdem agitari motionibus, quibus ante-  
quam resciissa essent movebantur: ut ea que vocantur scolopendra, &  
alia ex insectorū & prælongorum genere. In hujusmodi namq; omnibus  
posterior pars eodem tendere videtur, quò prior. Causa autem est quod  
ijs hac dissecta vivant, quod perinde illorum est constitutum, ac si quip-  
pam ex multis compositum conjunctumq; esset animalibus. Eorum  
tamen ignis à materia associata, minùs quam ignis vegetantium,  
superatur; vnde aërem primum disaggregat, & trahit: non modò  
ad sui nutritionem, sed & productionem sensus, & motus ani-  
malis, quo etiam dissecta prædicta sunt; ut in altero commenta-  
rio declarabitur.*

Alter ignis sentientis naturæ dicitur, sed sanguine præditorū; <sup>Ignis na-</sup>  
in homine, rationalis; & in corde eorum <sup>tura sen-</sup>  
velut anima, vt cor alterum animal in animali: <sup>tientis.</sup> vt ex Hipp. & Arist.  
mox dicturi sumus. Ex spumoso seminis corpore excitatur, for-  
tioris virtutis; quia motus sensusq; principium magnum existit,  
non secus ac vitæ: alij vegetantis naturæ, quo primum constant,  
superior, ac quasi illum perficiens suo influxu circulariter facto;  
aërem primum segregans & trahens arteriarum ope; seu respi-  
rans ad nutritionem, & functiones sentientis, motum scilicet &  
sensem animalem; (vnde sentientis naturæ sanguinem dicitur)  
quia solis sanguineis animalibus, cum corde à cæteris par-  
tibus distincto, & propria conformatio donato, concessus;  
vtque ab illo influit, ad dictas sensus motusq; functiones; sic, cor

*Cor sensus motusque principium constituit, vt ait Arist. 3. de part. anim. cap. 4. quod hac de causa omnibus datum sit animalibus, vt docet Arist. 4. de gen. anim. cap. 4. vbi ait: Corde carens animal, (sanguineum intelligit) nullum unquam ortum est.*

*Vtriusque naturæ ignem in homine his verbis notavit Hipp. textu 30. Ulterius explicandis. Anima humana in sinistro cordis ventriculo habitat, & reliqua animæ imperat. Hoc est ignis (quem animam vocat; in homine, humanam; seu sensibile operationum illius instrumentum, vt & materiam, (vt supradictum) in sinistro ventriculo connatus habitat; in quo rationalis animæ non modò instrumentum existit, sed & vegetantem ignem cæteris corporis partibus in materia magis immersum, & prædominatum suo influxu circulari fovet: seu reliqua animæ imperat. Et ab eo Arist. hos duplices utriusque naturæ ignes, tūm vegetantis, tūm sentientis; sanguineæ, & exanguis; his verbis conclusit. Omnes particulae, & totum corpus animalium, habent naturalem quandam caliditatem. Quapropter viventia quedam videntur calidiora: morientia verò, & privata vita, contrarium. Necessarium ergo hujusc caliditatis principium in corde, sanguinem habentibus; exanguem autem, in proportionali. Consiunt enim calido alimentum omnia, maximè quod principaliſſimum. Quapropter alijs infrigidatis remanet vita: eo autem qui in hoc, corrumpitur omnino: quia hinc principium omnibus dependet caliditatis; & anima tanquam ignita in his particulis, exanguem; in corde autem, sanguine præditorum. Explic. Omnes particulae, & totum corpus animalium habent naturalem quandam caliditatem. Hoc est: cujuscunque animantis, seu exanguis, seu sanguinei, pars quælibet; & totum corpus animalium, seu principium corporis animantis, calore quodam naturali perfunduntur. Quapropter viventia quedam videntur calidiora; mortua verò, & privata vita, contrarium. Cujus rei certum præbet indicium tactus in ijs; & viventibus, & mortuis. Viventia enim calida plerumque omnia apparent; alia tamen pro ratione gradus superioris, quo cæteris calore præstant, alijs calidiora: mortua verò, aut è vita decadentia, frigida tactu dignoscuntur, ob superatum & extinctum, deficiente vita, calorem. Necessarium ergo principiū hujusc caliditatis principium in corde sanguinem habentibus: ignis cor est. ergo sanguine præditorum principium & lar, cor esse debet.*

Exang

*Exanguium autem in proportionali: sanguine vero carentium, ignis; seu exanguum principium magnum: quia viscera non habent, ob sanguinis, quo ea constant, defectum, ut ait Arist. 4. de part. anim. cap. 5. in parte proportionali sicutum habet; medio scilicet in longum protenso; vegetantium instar. Vnum enim, quod cordi proportionetur, id habeant necesse est. Vis enim animae sentiendi, vitaq; causa, parte aliqua corporis principium animalibus omnibus est, ait ibidem Arist. Conscient enim calido alimentum omnia, maximè quod principalissimum. Hujus ignis secundum fortiorum in una parte, seu corde, quam alijs, gradum existentis necessitas ex eo etiam arguitur; quod omnes partes igne, seu calido, alimentum conficiant; seu humorem sibi præparent, quo nutriantur, in cuius mansione vita consistit. Cor autem, quia principalissimum, seu princeps corporis pars, fortiore igne suam facit operationem, trahitq; necessariam, pro ejus ignis nutritione, substantiam illustrem sanguinis, qua cæteris effulgeat partibus. Quapropter alijs infrigidatis remanet vita. Sicq; fit, ut cæteris corporis membris calore destitutis, vita subsistat totius. Eo autem, qui in hoc, corrumpitur omnino. Eo autem membro, seu corde infrigidato, omnino pereat vita. Quia hinc principium dependet caliditatis, & anima inma tanquam ignita, in his particulis exanguium, in corde autem sanguine preditorum. Quia in corde fons & principium caloris existit, quasi anima ignita, seu præcipuum illius instrumentum; quam igitur in corde sanguineorum; in parte proportionali exanguium, ut vegetantium, habitat; è quibus in cæteras partes igne vegetantis naturæ debili perfusas influere possit, & languentem eorum calorem denuò excitare.*

*Ignis cujuscumque, seu vegetantis, seu sentientis naturæ, qualitates si quæras? His verbis exponit Hipp. 1. de vñct. rat. Ignis qualitas calidum & siccum adjacet. Sed jam tempus est ut motum, quo per irrigandi corporis excurrunt alveos, afferamus. Ingens sanè opus aggredimur; dum connati è corde, per corporis axes ignis, quasi microcosmici solis arduum iter, ignotasq; adhoc usque temporis vias, describere cogitamus: à quo Phætontei memores causus desistere fortassis prudentius foret, quam temerariæ & insolentis uesturæ pœnas luere. Hic cavillantes nostra tempestate permultos, officiosa benevolentia larva obductos, audire*

mihi videoꝝ, pleno guttare conclamantes.

Ovid.

Metamor.

*Magna petis Phaëton, & que non viribus istis*

*Munera convenient, nec tam juvenilibus annis.*

*Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.*

Sed iacta est alea. Nunc solis currum altius egimus, nec relatos jamdudum carceres, sine criminе, repetere fas est. Metuant illi securam novitatum suarum ruinam, prudenti Hippocratis, quasi alterius Phœbi, consilio, & citra Phaëtonis lapsum futuram. Nos enim veterem, ejus præsentia tuti, viam sequimur; dum eam demonstrare properamus.

*Circularis motus cæteris deficiente, partes concidant; eoq; æquabiliter & regulariter influente, omnes ad primi quasi moventis mensuram flettior. operentur; circulari motu ejus ignem, seu magnum principium, moveri æquum erat; utque uno, priore, perfecto, regulari, æquabili motu moveretur; quiq; cæterorum motuum mensura haberi posset: cum hæc omnia, à sola circulatione sibi meritò vindicare posset: & quæ, ut perfectissimo mobili creato competunt, sic perfectissimo animantum igni, quasi animæ tanquam ignite, videntur jure merito debita, & compatata. Maxime manifestum est, ait Arist. quod impossibile est eum motum esse continuum, qui super recta fit: quia reflexum, necessarium est. cap. 3. lib. 8. Physic. Sed & ejusdem libri, cap. 8. Circularis motus est, qui ab eodem in idem; rectus qui ab eodem in aliud, & qui circulo fit, nunquam in eisdem est. Eo igitur qui semper in alio, & alio fit, contingit moveri continuè; eo verò qui in eisdem sèpe, non contingit: necesse enim esset simul moveri oppositis; quare neque in semicirculo, neque in ulla alia circumferentia, contingit moveri continuè, & contrarijs moveri mutationibus; non enim copulatur principio finis: qui autem circuli est, copulatur; & solus perfectus est. Amplius ait: Motus prior est, quem contingit perpetuum esse, eo quem non contingit. Sed quoniam mensura motuum circulatio est, primùm necesse est ipsam esse, omnia enim mensurantur primo: & quia primus est, mensura est aliorum. Adhuc regularem contingit esse circularem; qui enim super recta fiunt, irregulariter, & à principio feruntur, & ad finem: omnia enim quantò plus distant ab eo quod quiescit, feruntur velocius. Circularis autem solius neque principium, neque finis in ipsa natura est, sed extra. Atque hæc*

Conti-  
nuus.

Prior.

Regula-  
ris.

hæc cum Philosopho satis sint: Hippocratem consulamus. Hic  
 i. de viet. rat. circulationem, sive circuitum, his verbis explicare circula-  
 videtur, qui neclunt aut texunt fila, in orbem ducendo plicant, à præ-  
 cipio in principium desinunt; quod est circuitus in corpore; ut ubi inci-  
 pit, eodem desinat. Atqui ignis talem circuitum habet. E cordis Ignem  
 enim sinistro ventriculo per arterias, in venas; è venis, in dex-<sup>circulari-</sup>  
 trum cordis ventriculum procedit; è quo cùm illustris sanguinis <sup>ter move-</sup>  
 substantia in sinistrum paucus ingreditur per septi transversi fo- <sup>ri prob. ex</sup>  
 ramina: vnde talis in corpore admittenda sit circulatio. Hinc <sup>Hipp.</sup>  
 ait Hipp. lib. de alim. *Magnum principium, ad extremam partem magnum*  
 pervenit; ex parte extrema, ad *magnum principium*. Quia, vt dictum: *est principium*  
*Ignis, majus aqua principium, è sinistro cordis ventriculo, in quo piu-*  
 habitat, ad arterias & finem corporis extreum, ab eoque per  
 venas, in dextrum & sinistrum, circulatione facta, defertur. Sed  
 & lib. de car. Due sunt à corde vena cava: hæc quidem arteria, illa  
 verò vena cava nominatur, juxta quam cor positum habet. Arteria  
 verò calidi plus continet, quam vena: calidig, plurimum in venis inesse  
 docet, & corde, Ibidem. At non à sanguine, quem frigidum  
 statuit, sed calescentem in textu ultimo. Ergo ab igne per arte-  
 rias & venas, è cordis sinistro ventriculo circulante adducitur  
 istud calidum. Quas venas & arterias ea de causa in circularem  
 figuram diduxit, vt & totam corporis circumferentiam. Inde q;  
 ait lib. de oss. nat. *Vena spiritum (seu aërem) fluxionem, seu san-*  
 guinem, & motum exhibent; arteriæ scilicet, ignem, qui omnia  
 movet, vt dictum. Atque hæc una, ubi incipiat, & ubi desinat, non  
 satis mihi compertum est: circulo enim facto, principium non invenias.  
 Et lib. de loc. in hom. Nulla pars corporis est principium, sed omnes  
 ex aequo principium, & finis esse videntur. Descripto namq; circulo,  
 principium non invenias. Adhæc ex lib. de alim. dictum. Radica-  
 tio venarum hepar, arteriarum cor: ex his per omnia sanguis, & spiri-  
 tus pervagatur; calorq; per hæc omnia. Quod fieri non potest, sine  
 circulari ignis per partes motione. Et certè qua nisi circulatio-  
 nis hujusc via, pulmones ignem è sinistro ventriculo accipe-  
 rent? Ab arteria venosa, inquires. Sed cùm illa aërem è cordis <sup>Qua via</sup>  
 sinistro ventriculo in pulmones retroferat, vt probabitur, quo- <sup>pulmones</sup>  
 modo ab eadem parte ignem aëremq; transmitteret? contra- <sup>ignem è</sup>  
 rictioq; motu ignem ageret, seu quasi à centro, seu corde ad cir- <sup>cordis v-</sup>  
 riant. <sup>viculi hæ-</sup>

E

cum fermentiam ignem deferret, cum tamen cæteræ venæ quasi à circumferentia ad centrum, seu cor, ignem reportent. Neque sine aëre in arteriam venosam moveri posset ignis, qui movetur ad prædam aëris, ut mox probabitur; cum illa à pulmone aërem in cor non deferat, sed è corde, ut dictum, ad pulmonem retroferat; ne si è pulmone in cordis sinistrum ventriculum defertet, contrario cæteris venis aërem motu, & ad terminum contrarium, seu cor, ferens cibum in fluctuatione positum, hoc est subeun-

*Cibus in fluctuante positione positus quid.* tem in sinistrum ventriculum è dextro, illustrem sanguinis veri portiunculam per septum transversum, aëre pariter è dextro per septum fluctuante, impulsam in diastole (quo tempore aperta est arteria venosa) remoraretur suo impulsu. Vnde restat ut pulmones per venam arteriosam ignem accipient, quod circulationis solùm ope fieri potest. Deinde illa ignis circulatio est de necessitate absoluta, tūm ratione productionis fœtus, & nutritionis illius; tūm ratione conservationis producti, augescentis & decrescentis extra uterum. Ergo est admittenda. Necessitatem

*Fœtus pro ratione productionis & nutritionis fœtus, indicat Hipp. lib. de ductibus ab alim. vbi ait: Circulationes ad fœtum consentiunt, & ad illius alimentum. Cūm enim fœtus productio, operatio circularis existat, ut*

*calculatione. arteriarum, venarum, partiumq; integra diductio, ut dictum superius ex lib. de oss. nat. & de loc. in hom. sic circulariter agentis instrumenti beneficio fieri debet, natura similem in fœtus formatione, ac in universi compositione operam impendente, ut ostendemus agentes de nat. puer. Indéque ait Hipp. i. de viat. rat. Ignem omnia quæ sunt in corpore suo modo, ad universi imitationem, parva cum magnis, & magna cum parvis disposuisse. Quod verò ignis circulatio, conservando tūm augescenti, tūm imminuenti homini apprimè existat necessaria, docet Hipp. i. de viat. rat. his verbis, quibus circulationum ignis differentias inclusit. Ignis consumens & augens, aquæ tenuis & ignis dispersio-*

*Ignis circulatio in anima- nis ope ria. quo delata omnia singula, pro fatali sorte in apertum veniunt. In hoc autem ignis triplices circuitus fecit, in se invicem tendentes intrò & foras. Alios quidem ad humorum cavitates lunæ facultate; alios verò ad exteriorem superficiem, ad ambientem consistentiam, siderum faciunt. medios autem intrò & foras tendentes, calidissimum & vali-*

diff

*Corpus circularis figura.*

diffimum ignem continentis, qui cunctis dominatur, omniaq; modera- Ignis cir-  
tur sine strepitu, tūm visu, tūm tactu; in quo animus, mens, prudentia, culatio  
incrementum, motus, immunitio, permutatio, somnus, vigilia. Hic <sup>cultatio</sup> triplex.  
omnia in totum gubernat, & hac, & illa; neque unquam quiescit. Ad  
cujus textum facilem intelligentiam,

Supponendum est: quod quamvis venas cum arterijs anasto- <sup>venas &</sup>  
mosi natura junxerit, non tamen omnia venarum extrema cum <sup>arterias</sup>  
arteriarum extremis, animantium nutritionis & motus provi- <sup>anasto-</sup>  
dam, conjonxisse: si enim hoc ita factum à natura esset, parum <sup>mosi con-</sup>  
sibi consuluisse videretur; cùm perpetua ignis & aquæ circula- <sup>tinuas, &</sup>  
tio admittenda foret, maximo nutritionis & augmenti animan- <sup>contiguas</sup>  
tium detimento futura. Sed ut in partium tūm internarum,  
tūm externarum, substantiam derivarentur ignis & aqua; mul-  
tos tūm in venis, tūm in arterijs, fabricata est alveolos, in par-  
tium extrema sensim & sine sensu, ac veluti quadam vasorum  
fruticatione, ignem & sanguinem effundentes: utque dictum;  
ab una vena circulo cum alia juncta, multas propagines misit. Hæc  
docet Hipp. lib. de loc. in hom. vbi ait: Venæ autem omnes (arte-  
riæ & venæ eodem venarum verbo complectens) inter se com-  
municant, & mutuò confluunt. Aliae siquidem sibi invicem commit-  
tuntur, (per anastomoses, arteriæ scilicet, & venæ) Aliæ verò per  
venulas, quæ à venis distenduntur, & carnes nutriunt, ea parte inter  
se confluunt, (citra anastomoses.) Et hanc doctrinam expertus  
Arist. lib. de spir. cap. 4. ait: E lateribus venæ magna & arteriæ,  
exiles venæ utrinque (seu è venis, & arterijs crassioribus ramuli)  
derivantur, per obliquum scilicet: & vena cuilibet sua arteria est ad-  
juncta. Et ibidem. Quod autem venæ inter se committantur, sensu  
quoque ipso manifestum est: id sanè non foret, nisi humor spiritu, (seu  
sanguis calido circulante & influente) & spiritus humore opus ha-  
beret. (Et calidum innatum sanguine, & aëre, qui ex illo disgre-  
gatur, ad nutritionem indigeret.)

Deinde supponendum etiam extat, secundum communem in vena  
venarum distributionem in cavam & portam (quam habet porta ana-  
Arist. i. de hist. anim. cap. 18. vbi ait: Iecur venæ majori an- <sup>stomoses</sup>  
nexum est (seu cavæ) nulla ex parte aortam attingens: vena enim <sup>cum arte-</sup>  
que à majori proficitur, jecur transfigit; que porta appellata jecoris <sup>rijs, & in</sup>  
habentur.) Ex utraque vena, sparsa ramorum serie, cæteras

minoresq; venas produci, ait Arist. 2. de part. anim. cap. 4. Sed & ex arteriolis, tūm anastomosi junctis, tūm contiguis, in vās ignem veluti elutriari, quibus suppositis:

Recte ait Hipp. *ignis consumens & augens.* Hoc est: vt ignis, productionis fœtus præcipuus author existit, varias intrò incrassati seminis partes circulationes efficiens, vt in superiore parte lib. 1. de viet. rat. à nobis de nat. puer. agentibus explicanda inseruit; quibus seminis humiditatem, conversione illius in aërem, quo primùm nutriatur, consumit: sic ex ea incrassata fœtum auget, ulteriusq; efformat. *Aque tenuis, & ignis dispersionem fecit.* Hoc est: attractam præterea à matre aquam, seu purissimum sanguinem, quo nutriatur, caliditate attenuatum, ad varias illius partes secum dispergit. *Ad non obscuri & apparentis à compacto secretionem.* Ad partium corporis generatarum, & apparentium augmentationem; hoc est, continuatam generationis productionem. *In quo delata omnia, pro fatali sorte in apertum se produnt.* In quo fœtu perfecto, & non obscuro, seu partibus distincto, delata è matre, ad quam per umbilicum adhæret, omnia, proportionatis illius partibus fatali quadam sorte destinata, earum augmento facile in apertum se produnt. *In hoc autem triplices ignis circuitus fecit, in se invicem intrò & foras tendentes.* In hoc ergo perfecto fœtu, ignis pares, ac in ejus formatione prima, vt superius scripsit Hipp. seu triplices circulationes facit: quæ, vt ignem ad internam, externamque, per medium corporis circumferentiam distribuere necessariò debent, vt ignis omnibus corporis partibus æqualiter præesse possit; sic intrò & foras, mediæ circulationis, utrique alii imperantis & dominantis ope, tendunt.

*Triplex  
ignis cir-  
culatio.*

Prima circulatio media dicitur, seu solis facultate: quia, vt ait Hipp. lib. de insom. *Media corporis pars, soli respondet.* Ea autem fit è cordis sinistro ventriculo, per arterias & venas, anastomosi, tūm in vena cava, tūm porta, simul conjunctas. Vnde, intrò & foras tendit: intrò ad venam portam, foras ad cavam. *Validissi-  
mum & calidissimum ignem continet, aëris externi frigiditate, &  
cæterarum igne ad eam repercuسو, minus refractum, ob me-  
dium vasorum hanc constituentium situm. Cunctis dominatur,  
seu igne cæteris impetratur circulationibus: & quemadmodum*

*sol*

sol in orbe, & in linea ecliptica continuo cursum agens, cæteras orbis illustrat partes; sic ignis in microcosmo per junctas anastomosi, tanquam linea, arterias & venas, omnes corporis partes internas, externasque, pervadit: dum è corde, per eas; in cor, circulatione media progreditur.

Altera circulatio fit, è sinistro cordis ventriculo, per aortas, in *Circula-*  
*arterias superiorem & inferiorem corporis situm ambientes*, è *siderū*  
*quibus*, non per junctas anastomosi arterias progreditur, sed per facultate  
*contiguas venis*, in *externi corporis carnes ignem* distribuit; ex *dicta*.  
*hisq;*, per *venulas arteriolis* (*vt dictum*) contiguas, in *majores ve-*  
*nas cavā & jugularem*; ex his in *dextrū ventriculū cordis*, & per  
*septū transversum in sinistrū*, *vt superius dicta*, procedit. Per par-  
*tes autē corporis superiores magis* fit, quām per inferiores; quia  
*per eas partes magis excurrit venæ*, quæ proinde partes inferio-  
*ribus existunt humidiōres*: *hoc ipsum attestante Hipp.lib.de loc.*  
*in hom. vbi ait: Superiora vasa magis humida sunt, cum plures venae*  
*sint superiore parte, quām inferiore; & capitis carnes minore indigeant*  
*humiditate*. Hæc autē *siderū facultate circulatio dicitur*: quia, *vt*  
*ait Hipp.lib.de insom. Exterior corporis ambitus sideribus respondet*.

Tertia circulatio fit è sinistro cordis ventriculo, per arteriam *Circulatio*  
*magnā*, sed *descendentem* in arteriolas in ventre sitas; ex his, in *luna fa-*  
*internā ventris & proximatiū partiū substantiā ignē* distribuit; è *culitate*  
*quibus*, per *venulas*, *porte*, & *cavę internā ventris* *capacitatē am-*  
*bientis*, sed *cōtiguas arteriolis*, & per *majores venas cavae* *dictas*  
*in cor ceteratū modo* procedit; *lunęq; facultate dicitur*: *quia ut ait*  
*Hipp.lib.de insom. Luna, ambitus qui ad cavitates spectat respondet*.

Hæ duæ postremæ circulationes sibi invicem ex adverso re-  
*spondent*. Quemadmodum enim in macrocosmo, dum sol sub  
*terra latitat, luna seu sol mutatus & minor* (ait Arist. 4. de gen. anim.  
*c. 10. oppositū* *sepius* illustrat hæmisphærium; sic dum sol micro-  
*cosmi*, id est ignis, in internis ventris quem terrā vocat Hipp. lib.  
*de hum. & i. de vi&t. rat. recessibus cōcentratur*, in partibus exter-  
*nis, sol microcosmi veluti mutuatus quasi luna*, id est debilis & re-  
*missus calor* illustrat; & è contra: quemadmodū in macrocosmo,  
*dum sol superiorē* illustrat orbē, luna oppositū & inferiorē *sepius*  
*prevadere solet*; sic dum in microcosmo ignis sidereā pervadit  
*circulationē*, remissus calor quasi luna in internā defertur; *ut saus*

*Omnis  
circula-  
tiones in  
se invicem  
tendant.*

utriquo principio (igni scil. & aquæ ut mox dicetus) impetus sit.  
Hæ omnes circulationes, ut in se invicem intrò & foras ten-  
dere debent, ut ait Hipp. sic per corundem vasorum portionem  
quandam fieri solent. Dùm enim circulatio siderum facultate, v.g.  
incipit, à sinistro cordis ventriculo, quasi initium sumit; tūm (si  
repetere fas) per aortam, & arterias superas & inferas, cavæ ve-  
nulis citra anastomosim junctas, seu contiguas, in cavam, & ju-  
gularem venam, ex hisq; in dextru cordis ventriculū, ex quo per  
septum transversum in sinistrū, cū pauca veri sanguinis eo im-  
prægnati portione, circuitū veluti peragit. Dùm interea *solis fa-*  
*cultate dicta*, seu *media circulatio*, ex eodē sinistro ventriculo per  
aortas, arterias, & venas superiores & inferiores, in eadē *venæ ca-*  
*væ circumferentia anastomosi junctas*, seu *continuas*, eodemq;  
tempore, fieri consuevit: ut sic in se invicem *media*, & *facultate si-*  
*derum dicta circulatio*, tendant; seu eadem, secundū quandā di-  
mensionem, percurrent vasa. Pariter dùm circulatio lunæ facul-  
tate fit, quia illa, in vena porta & cæteris ventrem internū citra  
anastomosim ambientibus, fit; à sinistro cordis ventriculo arteria  
magna sed inferiore, per arterias cum vena porta, & cæteris in-  
ternarum partium ventris contiguas, procedit; dùm *solis facultate*  
*circulatio, media dicta*, per continuas ibidem solum progreditur  
eodē tempore; ut ita circulationes in se invicem omnes tendant;  
dùm cum media cōmunicant: intrò, interna lunæ facultate di-  
cta; foras, siderum facultate vocata (vt dictum) ac quasi una tan-  
tum sit circulatio; quæ pro triplici corporis parte, media, exter-  
na, & interna, ob vasorum commercium nunc magis nunc minùs  
in calecente, triplicem, non integris tamen vasis, & in totum  
distinctis, differentiam sortiatur.

*Cur varia* Et hæc miro naturæ consilio factum putaverim. Si enim una  
ignis cir- tantum in corpore, & per eadem vasa, semper æqualis & conti-  
culatio- nua ignis circulatio fieret; nulla in partibus tūm internis, tūm  
nes. Vigilans externis, adesset temperamenti differentia; nec vigilantem ex-  
exterius teris partibus, dormientem verò internis, calidorem; & viceversa  
calidior frigidorem esse, comprobaretur. Ut ait 6. epid. sect. 4. text. 12.  
interius Si verò per separata omnimodè, nec in se invicem tendentia,  
frigidior, circulationes procederent; dùm interior, lunæ facultate dicta,  
¶ &cōtra. circulatio fieret, externæ partes, influente igne penitus destitutæ,  
emor

emorerentur; ut siderum facultate dicta illustrata, interiores; ignis absentia deficientes: & sic unum principium, potissimum autem aqua, alterius totali defectu victoriam obtineret; cuius triumpho, mors obreperet. Sed quemadmodum in macrocosmo, sol ad inferas sub terra partes progreditur, & nostrum diverso tempore illustrat hemisphaerium; nunc lucet huic orbis parti, nunc illi; neque tamen ob superius caloris per radios influentis commercium, omnimoda illius in tenebris partibus absentia fit, ni ab hisce locis viventium natura in totum exulet: sic in microcosmo; ignis, seu illius sol, mediæ circulationis ope, nunc superiores illustrat axes, & inferiores, sed exterius constitutas; in quibus, ad motum in quali potissimum, & lationis, superior est; in internis vero, aqua ignis imminutio victoriam obtinet veluti in quanto; & apponitur ad nutritionem, & è contra: continuo in sese tendentium vasorum, ut solaris caloris commercio, omnimodam veriusque principij victoriam & cladem in partibus prohibente: ut sic, de die in partibus sidera circulatione illustratis dominetur ignis, & ovet, motus exuperet, liquet, nec tamen siccetur humor, qui in intimis partibus ovat, ignemq; superat, nec tamen suffocat; sed incrassatus ignis defectu, in partium substantia apponitur, & è contrario; imitante, hac in opera, aurifabros & panifices animantis natura, ut ait i. de Natura viet. rat. quorum illi, aurum forti calore liquant, fundunt; mol- aurifa- liq; tandem coactum & refrigeratum, ad opus quodcumque re- bros & panifices vocant: hi vero, triticum tundunt, feriunt, subigunt; neque ta- imitatur. men forti igne, sed eo ex clibano detracto conficiunt, & quasi moderato calore. Sic natura, humores fundit, liquat, subigit, attenuat, valido fortiq; circulantis ignis calore humoribus superiori; tandem fortis caloris absentia, illustratæ circulationis oppositæ beneficio producta, blando ac quasi tenebroso calore incrassat, apponit, & in nutriti substantia agglutinat; superante hac ratione ad nutritionem humore. Sic autem effatur Hipp. Qui aurum ad opus adhibent, tundant, lavant, blando igne liquant; neque enim vehementi coit: quod ubi elaboraverunt, ad omnia utuntur. Triticum homo tundit, lavat, molit; eog; igne subacto, utitur; neque vehementi in corpore conficitur, sed levi. Qua in re anno vero ait noster Hipp. i. de viet. rat. At vero homines, ex manifestis

*obscura & considerationem adhibere non noverunt. Ignorant etenim homines, quod artibus utantur humanae nature similibus: divino namque mens edocuit sua opera imitari, cognoscentes que faciant, & ignorantes que imitantur.*

Hanc calidi, triplici circulatione, in partes, ad proportionem necessariam earum functioni, permeantis rationem, hocce textu celavit occultissimo, quem è cœlo traxit divinus Hipp. & quo nutritionis modum & naturam orditi incipit; cuius seriem explicaturi sumus in altero commentario. *Dies & nox ad summum Dies & minimum considerantur; veluti lunæ summum ac minimum accedit. Ignis suus est impetus, & aquæ item suus. Sol ad longissimum & brevissimum accedit. Rursus haec, & non haec. Lux jovi, tenebra orco. Lux orco, tenebra jovi.* Expl. *Dies & nox ad summum & minimum considerantur. Hoc est, calidum in summo gradu, quem natura animantis pati debet, existit, in partibus v. c. siderea circulatione illustratis ad motum; dum ea sit, quasi earum dies; & in minimo gradu, quem habere debet ad nutritionem; dum eæ partes circulationis veluti defectu laborant; & in ijs quasi nox sit. Veluti luna summum, ac minimum accedit. Utque in siderea circulatione major & minor caloris differentia, quasi intrà diem & noctem in orbe, sic & in lunæ, facultate circulatione dicta, contingit. Ignis suus est impetus, & aquæ item suus. Hocque, mira naturæ providentia factum existima; vt scilicet ignis suus sit impetus, & aquæ item suus: superet & ovat ignis, in partibus circuitum illius patientibus, quo omnia moveantur: & in oppositis tenebris, & defectu caloris veluti laborantibus, aquæ seu humoribus suus sit impetus, superato calido, cesset motus; fiatque attractæ substanciæ incrassatione & appositione, ovante veluti aqua, nutritio. *Sol ad longissimum & ad brevissimum accedit. Hujus autem calidi superantib & superati, & aquæ ovantis & evitæ, seu veriusque principij impetus causa est ignis nativus, quasi sol microcosmi; lucens quidem, nec tamen vrens; qui ad longissimum accedit, seu ad sidereum circulationem in qua omnia movet; dum in contraria circulatione, aqua omnia nutrit: & ad brevissimum, ad internam, seu breviorem, properat circulationem, qui tunc temporis in ea movet, & ovat: dum in opposita, aqua superior apponitur, nutrit, & ovat. Nam, rursus haec. Seu ad**

ad illustratam sole circulationem, accedit aqua; è venis, tanquam illius alveis, dominantis ignis vires agnoscens, ijsq; obediens; neque tamen attracta in partium substantiam prægressæ circulationis vi, aqua jam apposita constansque, vt superius dictum, trahitur & moveretur ad illum; sed superato igne, nutritionem præstat & ovat. Vnde subdit, & non hac. Quia, lux jovi, tenebrae orco. Seu quia dūm ad partes sidereæ circulationi subditas, defertur sol microcosmi, seu lux jovi, vt igni suus sit impetus ad motum; tenebrae orco, partes internæ tenebras patiuntur, & frigent, ad appositionem substantiae nutrientis, cui suus est impetus; & è contrario; Lux orco, tenebrae jovi: dūm partes internæ, orcus, ideo sole illustrantur & calent; Tenebrae jovi: oppositæ partes sidereæ tenebras patiuntur, & caloris validi per circulationem influentis absentia gaudent, & reficiuntur.

Dicit fortassis aliquis, ignem ex sua natura levitare, & sic necessariò, vel superos corporis axes semper debere incendere, vt vetur ad furibundi fiant in cerebro intelligentis animæ motus: vel contra prædam suam naturam agere, si ad inferas partes devolvatur; vt non minus ignis, quām circulationis illius in corpore veritas concidat, aut animantis natura destruatur. Hunc nodum vt solvas, responde: ignem ad prædam tenuioris aëris moveri, superius potissimum, quia ibi tenuior aëris vt plurimum; vt ita ignis, huc pellat calidum, hoc est vim suam, (vt enim necesse est vt omne agens agat vim suam in sphæram activitatis, sic & calidum suam; quæ non alia est, præter calidum.) Sin verò ad latera moveri, vt probat Hipp. lib. de ear. experientia candelæ accensæ in cubiculo clauso, ad prædam tenuioris aëris ad latera flammarum agentis, non consumpto solum aëre tenui in supra ipsius parte existente, sed ob fuligines è materia in qua ardet, excitatas, eoq; ab igne impulsas, crassiore facto, vt diximus textu 8. Pariter astra, Sol & a- solem, lunam, tanquam ex igne conflata, circulariter ad præ- stra mo- dam tenuioris aëris in eorum circuitu existentis moveri, quod venit ad repetere ex lib. de flat. non inconsultum videbitur. Ignis spiritus aëris. nutrimentum præbet, eoq; privatus ignis vivere non potest; ideoq; pe- rennem solis cursum, perennis & tenuis aëris esse facit.

Et certè cùm ignis noster elementaris, quid igneum existat, vt associatio- dictum superius: aut potius, quedam per associationem calefacit, ut nem.

F

Ignis per

*carbo; hoc autem modo ignis calidus sit, (vt ait Arist.) sic ad occursum & prædam materiæ, cum qua associetur, & qua nutritur, moveri debet; potissimum ad tenuorem aërem, cum quo, ob*

*Candela  
ardentes  
in loco ca-  
lido ex-  
tingun-  
tur.  
Ignis by-  
me fortius  
vrit.*

*qualitates symbolas magis proportionatus existit. Quod præter experientiam, ex candela accensa superiùs allatam, experti difficile non est: in calido enim aëre extinguntur candelæ ardentæ, vixq; ignis adurit; quia ad tenuioris, vt pote jam calescentis*

*aëris præsentiam, prædamq; ita movetur; vt ipsum etiam lignum & sebum, in quibus ardebat, associatus deserat; vt in aërem tenuorem sese effera, cujus tandem copia frigescit & superatur, dūm in valido frigore fortius ardet; quia cùm exterius illum ambiat aët frigidior, ac proinde crassior, repercutitur; & sic latenter in ligao & sebo aërem, quem suo calore suscitavit, & attenuavit, deprædati cogitur, vt pote suæ naturæ magis proportionatum; cujus ope faciliùs cum ligno associetur. Pariter, dūm flabellis ventilatur ignis, fortius ardet;*

*ignis fla-  
bellis vē-  
tilatus  
fortius  
vrit.*

*& in oppositas aëri frigido, ex flabellis expirato, aut ob ventilationem sèpius mutato, sicq; frigidio facto, repercutitur, & in latentem in ligno aërem jam*

*incandescentem, & sic tenuorem, movetur; cujus ope cum ligno*

*magis associatur. Sin verò, educto vi caloris, ex ligno humidio-*

*re aëre, & crassiore, extinguitur; totusq; in aërem ambientem*

*effertur, quia tenuorem. Hac eadem ratione occultatio ignis per  
cultatio cineres facta, diutiùs conservat ignem; neque enim respirare prohibe-  
per cine- tur, ait Arist. lib. de resp. cap. 3. (hoc est calidum pellere, & frigi-  
res servat dum aërem trahere ad nutritionem) propter cinerum raritatem,*

*ignem. (vt sic paucum trahat, non verò totus in aërem diffundatur) seu,*

*& obstant cineres, (subdit Arist.) ei qui in circuitu aëri, ne extingua-*

*tur: sed & ignis violentiam reprimentes, vt necessariam ejus nu-*

*tritioni, ob raritatem, aëris copiam facientes, impediunt, ne vio-*

*lento ignis ardore, carbo, aut alia substrata materia, tam facile*

*ventilatio consumatur, copia (vt addit Arist.) existentis in seipso (idest, in igne)*

*syncopes caliditatis. Eadē pariter ratione in syncope, calidū è corde desti-*

*remediū. tuto, ad calidioris aëris præsentiam exteriora corporis petens,*

*aëris frigi ventione facta, ad interiora corporis repercutitur,*

*seu ad frigidi aëris præsentiam ignis, aut flabellis apprimè ven-*

*tilatus: vt sic ad tenuioris aëris in corpore existentis prædam*

*faciliùs sese movens, ad proprios sese traducat lares; indéque*

*nullum*

nullum super sit dubium , quin calidum nativum naturæ elementaris, sed *quid igneum* verè existat. Hinc etiam mira naturæ cibus in providentia, sanguinis veri portio, *illustris dicta* , è dextro cor- fluctua- dis ventriculo per septum transversum in sinistrum irradians, tione po- aëre, ab auricula dextra subsidente, exploso diffuso eoq; jam attenuato impellitur ; vt sic in ejus prædam validius sese mo- *situs aëris* *beneficio ignesit.*  
 vens ignis , cum veri sanguinis illustri portione fortius efficaciūs q; associetur ; vereq; inquiet Arist. vt dictum textu 8. & infe- riūs afferetur, quod aër non solùm sanguinem distribuat, id est ad partes impellat , sed & tenuitate & qualitatum primarum pro- portione efficaciam præbeat ; id est ignis, cum sanguine quem flu- ctuatim per septum transversum impellit , associationem efficaciūs procuret. Hac igitur naturæ , citra præceptorem edoctæ, mirabili providentia, cùm respiratio aëris, exteriūs , id est supe- rior, & per venas , id est inferior, in arterias igni circulationes per eas partes agenti respondeat , ad prædam tenuioris aëris, & associationem, tenuitate sua efficaciūs procurantis, magis accur- rit ignis. (vt sic, vt superiūs dictum, intrà diastolen per arteriam Ignis per venosam, è cordis sinistro ventriculo in pulmones , derivari non arteriam venosam, possit ignis ; cùm per illam aër in cor non subeat, ad quem ignis in pulmo- accurrere posset.) Atqui de die tenuior ex supra , id est side- nes deri- rea circulatione arterijs occurrit aër , consentiens ad diei calo- vari non rem, solisq; in hemisphærio nostro dominium ; & sic illuc mo- potest. vetur ignis vna cum sanguine impulso ab aëre in eo diffuso & Cur ignis gravitante , vt probabitur inferiūs : de nocte, ab eadem circula- nativus de die ad exteriora corporis partibus ; & internis, ob ventris repletionem anteriora calefacientem , tanquam nocte ad secura terram , ait Hipp. lib. de hum. tenuorem aërem præben- interiora corporis de axes , vt in macrocosmo, ob perennem tenuioris aëris tur- præsentiam illustrari : dum solis circulatio , quæ cæteris domi- natur, semper fit : fortior tamen , in vna ambitus circulationis mediae parte, quam in alia : quia, vt cæteræ circulationes ab illa dependent, & moventur occursu tenuioris aëris; sic, in parte illa ad quam tenuior per venulas , hoc est arteriolas , accurrit aër, magis lucere & excalificare necesse fit.

*Venter in varijs an-* Hac eadem, perenni tenuioris aëris administratione, quo nu-  
*ribs quo-* triendus movetur ignis, inquit Hipp. lib. de aër. loc. & aq. Ho-  
*modo ca-* minum ventricali cum anni temporibus mutationem accipiunt. Quia  
*leat, &* vt tenuior, occasione externi nos ambientis caloris, in siderea  
*frigeat.* circulatione, perenniorq; est aër; sic & ignis fortior, vt æstate,  
 hyeme contra; ventre tenuiorem, quia calidiorem, vt in reple-  
 tione & noctu sit intrà somnum (qui hac de causa longior est  
 hyeme, & ciborum ingestio copiosior) aërem subministrante,  
 qui ignem ad intra sollicitet: vnde ventres hyeme & vere calidis-  
 simi sunt, & somni longissimi. Per ea igitur tempora copiosiora ali-  
 menta sunt exhibenda, ait Hipp. aph. 15. sect. 1. pari ratione ait 6.  
 Epid. sect. 5. textu 34. *Impensè calido corpori, cibo, interna refrige-*  

*Cibus, sol,* ratio comparatur, sole, igne, vestitu, æstivo tempore, externa noxa; con-  
*astas,* trario vero, sic contraria convenientiunt. Quia sol, ignis, vestitus, æsti-  
*noxa ex-* vum tempus, aëre in externis partibus calefaciunt & attenuant,  
*tenua ve-* vt noxa externa, ad quā natura ignem medicatricē affert, ad cu-  
*flitus, vē-* jus aëris tenuioris calidiorisq; occursū, à media circulatione sta-  
*trem re-* tim movetur ignis, cuius imminutione in ventre, interna refrige-  
*frigerant.* ratio, in eo, cōparatur, non secus ac à frigidorū ciborū vsu; con-  
 trario vero, id est frigido ventri cōtraria cōveniunt eadē ratione.

Hanc ignis, in corporis transpiratione ad calidioris aëris oc-  
 cursum, in partes illius, sese moventis, necessitatē, multis in  
*Ignem ab locis expressit Arist.* nam extra superiùs allatos, i. de part. anim.  
*aëris pra-* cap. 4. aërem frigidum exteriorem, in spiratione animalium, ca-  
*dam mo-* lidum retorquere inquit, & in ea semper aërem interlabi nece-  
*verinovit* sarium esse docet. Sic autem effatur. *Data est animalibus spiratio*  
*Aristot.* *bujus rei gratia, sed eam propter has effici necessarium est.* Necesse sit  
 verò alias ita significat, vt si res, cuius gratia futura sit, hæc haberi ne-  
 cessitatem. Aliás, ita vt sic se habeant, aptaq; sua natura ita sint; egredi  
 enim calorem, rursusq; ingredi, cùm in re obviam offendatur, aëremq;  
 interlabi necessarium est. Sed cùm aër exterior refrigerando retorquet;  
 ingressus atque egressus caloris interioris, rei alicuius gratia agitur.  
 Quo textu patet calorem egredi ad pabulum per partes exter-  
 nas, & rursus ingredi à frigido aëre quem vicit, quasi repercu-  
 sum. Nec dicas Aristotelem per spirationem animalium, respira-  
 tionem pulmonis intellectuisse; cùm vniuersaliter loquens, de  
 transpiratione partium audiendus existat, quæ sola in multis  
 anim

animalibus, citra pulmonis respirationem existit, vt in piscibus quibusdam, &c. quibus, alioquin convenire non posset hic *textus licet universalis.*

Hac igitur eadem ratione (vt tandem objectionis priori parti *In cerebrum respondeamus*) quia in cerebrum, tanquam partem superiorē, *brum pulmonis* attrahitur per os, nares, ventriculos, & illius arterias purior & *erior evoluta* tenuior aēr, quam in inferiores; quia, vt dicetur, *primum ad cerebrum ducitur aēr attractus respirationis opera, ac proinde levior & purior, ex lib. de morb. sacr. purior tenuiorque in cerebrum evolat ignis; qui tamen à propria cerebri copiosi in homine temperie frigida (continua etiam frigidi aēris in illud respirationis pulmonis ope attracti motione, conservata) mode- rationem habet: ut sic, prudentia in homine comparetur. In itia ab deq; ait Arist. Cerebrum calorem cordis purissimum obtinet, quod igne temperamentum intellectus planè significat. Homo enim animalium prudentissimus, lib. 2. de gen. anim. cap. 4.*

Dices præterea: iniquum esse pulmones, quorum continuo *Quomodo motu, dupli respirationi qua ignis conservatur, aēr veluti sufficiens* pulmones cit, ignis circulatione privari? Sed quamvis eam in se eadem omnino ratione, ac cæteræ partes, admittere non videantur, illius beneficio non orbantur; quin potius, naturæ suæ magis proportionata ratione fruuntur. Dùm enim in dextro ventriculo miscentur ignis & aqua, circulante per venā cavam igne etiam imprægnata, utriusque gratiam persentiscunt: dexter enim ventriculus eorum causa à natura confectus existit, & insito igne donatus; à quo, tanquam ignis validioris, quam in cæteris partibus, (præter cor & arterias) & aquæ tenuioris sicciorisque promptuario, pulmonum causa confecto, utrum animantis principium suscipient: vereque irreperit in pulmones, ut in cæteras corporis partes, *animus, ignis & aquæ temperationem sortitus.* Nec alia ratione ignem & aquam in eos distribui æquum erat. Quid enim vena arteriosa ignem communicaret, cum arteria venosa aquam impetriri non posset? & sic separata principia, nec sibi, nec pulmonibus satis esse possent. Nec si arteria venosa ignem in eos deferret, vena arteriosa aquam impetraretur; cum in dextro ventriculo, seorsim id est superior igni non existat. Vnde aquam simul cum igne, & per eundem alveum, venam scilicet arteriosam, in

qua ignis superior esset, eodemque tempore in eos deduci æquum erat: eoq; magis, quod siccioris naturæ pulmones sunt, & contrarium corpori alimentum trahunt, ab exteriù scilicet frigidum aërem, ut sanguinem siccissimum & calidissimum, frigiditati externi aëris contraria proportione respondentem, habent. Hac occasione fit, ut, quia pulmones solo sanguine arterioso nutriuntur, eumq; etiam solum arteria venosa recipit, ex corporis vena arteriosa calidum in eam pellente, per extremam suam partem, cæterarum venarum more, repleatur, quæ arteriosum trahit. sanguinem ab arterijs suscipiunt, quo, frigidum, id est venosum sanguinem ad sese prolectant è truncō.

Dices etiam: cur cùm circulatio ignis & aëris intrà venas & arterias fiant, venæ non pulsent, vt arteriæ? Quia venæ frigidum, sed calescentem in sese sanguinem continent; quo, in ijs prædominante, aët in sanguine mixtus ob debilitatem caloris disgregari non potest, nec pulsus hac ratione edi; aëre (vt dicitur) secreto, & ab igne diffuso, gravitatem venarum superante, quo eleventur & saliant. Arteriæ verò quia plus calidi continent, quam venæ, ait lib. de car. valido igne aërem disgregant, trahunt, diffundunt; pulsūque, eo gravitatem arteriarum superante, & ad gravitatem earum levitante, producunt. Quod inde patet. Si enim venæ, æquè ac arteriæ, calido sanguine, seu igne ex arterijs in eas influente repleantur, pulsū edunt. Quia vt ait 6. Epid. sect. 5. text. 2. Venula, sanguinis calidioris multitudine referta, æstuosum quiddam producit. Hinc phreneticus ille quartus æger 3. Epid. toto palpabat corpore, ob caloris in toto corpore accensi vchementiam, ex cœlubri, temperando cordis igni à natura præfecti, vt ait Aristoteles inflammatione prodecontem: corpore. vt sic venæ sanguinis calidioris copia refertæ æstuosum quidam producerent, non secus ac arteriæ. Hinc etiam ait textu 35. venam arteriosam in pulmone propter caloris imbecillitatem (hoc est cæterarum arteriarum calori, ob externum aërem, seu contrarium alimentum, & sanguinem quem defert, ignisq; in dextro ventriculo è quo ignis venæ arteriosæ mutuatur contenti debilitatem, inferioris) non magno cum assultu impetere. Vnde non mirum sit, venas aquam copiosiorem igne contientes, æstum non pati; cum & ipsæ etiam minores arteriolæ, ingred

ingredientis in eas pauci sanguinis, aut aëris copia refrigerentes, nullatenus pulsum edere videantur, cùm igne valido destitutæ, venarum veluti officio defungantur: neque, ut dictum ex Hipp. lib. de car. *Cor aërem intrà se trahat*, quo incandescente & diffuso, interius impellitur & salit; nisi quia est membrorum maximum calidum.

Dices etiam: si necessaria sit animantis vitæ ignis circulatio; *Cur ossa* quomodo vivere possunt ossa, quæ eam intrà se non admittunt, *ignis circulatione* aut saltem sine vasis circulatorijs, seu arterijs & venis? Respondeo. Non esse necessarium ad vitam simpliciter, ut *ignis in-priven-tur*. fluens circulationes in partes habeat; sed *connatum* in quavis parte sufficere, quo, ut vivunt partes, sic alio per circulationem influente ad sensum animalem aptæ evadunt: quo cùm careant ossa, meritò solo *igne connato*, quasi vegetantis naturæ, vivunt, qui ab influente citra circulationem foveatur: non secus ac plantarum ignis, de die, à solis; de nocte, à terræ calidioris influxu; sensuque privantur. Cujus rei est hæc firmissima ratio. Quia ignis movet ad prædam aëris, solumq; humida diutius permeat, ex quibus aër facilè educi potest; *aqua enim*, ut dictum, *potentia aëris*, &c. Vnde vel mollia & humida ossa facta esse necesse foret, & sic ad robur & restitudinem motuum animalium inhabilia: vel si sicca, ut apta functioni eorum exequendæ constitutio exigere videbatur, defectu ignis circulantis, & aërem ad sensum animalem moventis, sensu animali privari. Hoc docet Hipp. i. de vict. rat. vbi ait: *Neque per solidum, neque per siccum, diutius permeare potest ignis, cùm alimentum non habeat; at per mollia & humida potest, quod hæc ipsius sint alimentum.* Neque in prima ossium formatione siccitatem in ossibus ab igne circulante productam esse dicendum, ut in conservatione illius operae indigeant: sed à materia dispositione, hoc est pingui materia, cum paucō humido, occasione humiditatis coercitæ, in aërem conversæ, & in ignem effervescentis per partes, quo pinguis materia exsiccatur. Quod arguit Hipp. textum suum sequendo. In his etiam siccitas ab igne (circulante intelligit) non consumpta ineſt: ut sic nutritio, continuata productio existat. Hoc novit Arist. qui ossa à calore interiore confici, siccessente humore pronunciat. 3. de gen. anim. cap. 4. de quo vterius lib. de car.

Verè igitur ex animantis corde, ignis circulationes per va-  
 Natura tios corporis axes facit, imitante natura non solum, ut dictum  
 figulinam superius ex 1. de viet. rat. Eos qui nectunt, aut texunt fila; qui in  
 exercen- orbem ducendo plicant, à principio in principium desinunt; sed ve-  
 tes, & fila ibidem ait, figulinam exercentes, qui rotam versant, que neque re-  
 nescentes trorsum, neque antrorsum procedit, sed utramque in partem simul,  
 imitatur. universi imitatione feratur: vereq; homines (ut dictum) ex manifestis  
 obscura in considerationem adhibere non neverunt, ignorant etenim,  
 quod artibus utantur humane natura similibus. Divina namq; mens  
 edocuit sua opera imitari, cognoscentes quæ faciunt, & ignorantes quæ  
 imitantur.

Aristote- Has circulationes ignis agnovit Arist. hacq; de causa lib. de  
 les agno- hist. anim. cap. 15. Hominis partes tam superiores quam inferiores,  
 vit ignis ad situum orbis universi superiorem & inferiorem esse dispositas (ait)  
 circula- ac proinde circulari orbium superiorum & inferiorum motu volvi, &  
 tiones. revolvi docet, & unumquodq; circulo generari & generatum esse,  
 2. de gen. & corrupt. cap. 3. textu 69. Sed & manifestè hanc in  
 animantis corpore circulationem ostendit, 3. de anim. cap. 2.  
 textu 55. vbi ait: *Omnia (in animalibus intelligit) tractu & pulsu*  
*moventur (motu lationis, seu locali audit) tractu quidem, humo-*  
*res ad partes; pulsu, musculi ad principium in eorum flexione;*  
*cor arteriae, & etiam humores, impulsu; vt in altero commen-*  
*tario aperietur. Quapropter oportet sicut in circulo manere aliquid,*  
*& hinc incipere motum. Quid autem, illud à quo oriuntur pulsio*  
*& tractio, ignis sit; qui proinde circulariter moveri debeat ex-*  
*plicat lib. de motu animal. cap. 6. in quo hos motus ab igne è*  
*corde, seu principio corporis in partes movendas influente, &*  
*aërem ad nutritionem trahente procedere ostendit: vt sic ignem*  
*& aërem circulariter moveri in corpore necesse sit, vt integrè*  
*demonstrabimus agentes de motu animalium.*

Circula- Nec vnam eamq; simplicem agnovit Aristoteles ignis circu-  
 tionis differen- lationem, sed plures; quas tamen non nominibus, sed effecti-  
 tias ag- bus distinxit: aliam quæ liquefaciat, attenuet, dum in aliqua par-  
 novit te dominatur; aliam quæ denset & cogat, oppositam: quæ ignis  
 Arist. veluti absentia, illa præstat. Sic autem effatur lib. de spir. cap. 5.  
*Qui affirmant calorem non esse qui in corporibus animalium agat, &*  
*quod una sola latio ignis sit (id est, una tantum circulatio, cum*  
*non*

non alia sit ignis in corpore latio, vt dictum superius ex Arist.) aut facultas, secandi videlicet, ( idest sanguinem fundendi & permeandi ) non reote dicunt. Neque enim in corporibus inanimatis quoque idem efficit, sed alia densat, alia rarefacit, liquefacit alia, alia cogit : quare in animatis quoque idem effici existimandum est.

Quomodo autem à media circulatione , solis facultate dicta, pendeant animus, mens, prudentia, incrementum, motus , imminutio, permutatio, somnus, vigilia, sensus , explicare hujusc loci foret ; cùm ea omnia ab igne, seu magno corporis principio, illius partes irrigante procedant ; sed quia ea sine aëris respiratione intelligibilia non sunt , in commentarium sequentem transferrentur.

Alterum humani corporis flumen per ejus alveos excurrens , & Aqua nativam homini conferens, humidum est, seu aqua. Quia, vt dictum, tura fluita est mansio calidi in humido. Hujus autem generationem, & substantiarum in aqua latitantium differentias non attingimus, in lib. de nat. hom. afferendas ; hic solùm motum describimus, quo partes corporis irrigatura defertur : si prius ex 1. de vict. rat. meminerimus, aquam (absolutè scilicet sumptam) frigidam esse Aqua vi- & humidam: quia vt ait, aquæ verò frigidum & humidum adjacet. res.

Quidam, circulari per corporis axes hoc flumen motu , à natura, velut Ixionis in corpore rotam agente, deferti varijs experientijs decepti sibi persuaserunt ; qui Hippocratem, quem tam Aristotelem, in suas partes traducere, & sibi conciliare nullo negotio posse viderentur. Primum enim Hippocrates, cor sanguinis fontem statuit , 4. de morb. quod si verum sit ; & ab eo fonte sanguinis sanguinē circulari necessarium, circulari moto, corporis in figuram circularem ve- Circulatio sanguinis in omnes corporis partes ad ejus nutritionem deduci. Hippocra- necessarium, circulari moto, corporis in figuram circularem ve- rite fir- narum & arteriarum occasione compositi partes, pervadere de- bet ; & eò maximè , quod cùm triplicis alimenti vnum existat matur. principium & unus finis , & omnium idem principium & finis sit : hoc, vel cor non esse; vel si illud sit, omnes per illud humores, seu totum alimentum quod alimento est proximum (vt ait) cir- culatione deferti necesse extat. Sic autem ait Hipp. lib. de alim. in alimentorum genere id quod alit alimentum est, & quod alimento est proximum, & quod alimentum futurum est. Vnum autem omnium

G

*Alimenti est principium, unus omnium finis, idemq. finis & principium. Deinde quomodo sine circulatione, alimentum ab internis partibus in unum pilos, ungues, ad externam superficiem, pervenit; ab externis partibus alimentum, ab externa superficie ad intima pervenit? ait lib. de alim. idemque principiū & unus finis.*

*Nec, ni cor à sanguine in id effuso distenderetur, & impletetur ut vtris, vllum habere posse videretur motū, cùm inquit Hipp. Cor viscus esse ex sanguinis extra vasa effusa distensione, forma solida Circulatio futurum. lib. de cord. Aristoteles verò nihil aliud magis fami- sanguinis liare habere videtur, quām sanguinis circulationem, cùm i. de Aristote- lis autho- ritate fir- matur.*

*Cor unum ex reliquis visceribus, sanguinem ha-*

*bere dicat; sed & 3. de part. anim. cap. 4. Originem; aut fontem*

*sanguinis, aut conceptaculum primum, cor esse doceat. Ut sic, sangu-*

*inem ex eo, per arterias, & venas, circularem in corpore textu-*

*ram adeptas, motu circulari procedere & moveri necesse sit.*

*Rationes pro san- guinis cir- culatione. do & humido indiget? quam associationem, vbinam commo- dius præstare natura poterit, quām in corde, in quo connatus igois existit? cum quo, sensim influens in id per circulationem in quavis diastole sanguis, facilimè associari potest. Ut sic to- tum sanguinem in id, seu cor, subire necessarium existat. Quod Experien- tia. ita fieri multiplex experientia firmare videtur. Si enim venas quascumque corporis, à carnibus etiam disjunctas, forti ligatura compresseris, plenas ex parte arteriarum, seu versus extrema, in supera ligaturæ parte detumescentes mitabere. Si experien- tiam in vena cava sub corde, & jugularibus venis exequaris, con- formem vbiique inspicias; vt sic, ex omnibus venis, sanguinem, per vnam cavam, in dextrum cordis ventriculum, procedere debere necesse fiat. Quid si ligatura venæ cavæ & jugularis so- luta, venam arteriosam eadem ligatura forti intercipias supra cordis dextrum ventriculum, in pulmone; plenam esse versus eum ventriculum experieris, & vacuam, qua parte spectat ad ar- teriam venosam: quam, si ligaturis constringas, cæteris venis & vena arteriosa solutis, eadem ratione ac venas inflati conspi- cies; seu ex parte venæ arteriosæ, detumescere seu vacuari, ex parte cordis. Quid si tandem in vtroquo arteriæ majoris trunco*

infra

infra sinistrum ventriculum ligaturam apponas, eamq; comprimas, utrumq; inflari ex parte, qua ad cordis ventriculum spectat, competes: certissimum circulantis per venas, cordis dextrum ventriculum, ex illo, per venam arteriosam, arteriam venosam, & sinistrum ventriculum; ex illo, per arteriam vitramque superiorem & inferiorem, & ex his per venas omnes in cordis dextrum ventriculum sanguinis, argumentum. Quem motum ut facilius fœliciusq; natura peragere posset, nec alium; sibi meritò multiplici valvularum in venis appositione consuluisse videtur: quæ, cùm exterius, seu versus arterias, & ex earum parte, quasi foris intus aperiantur; aërem, specillum immissum, & sanguinem manibus compulsum, ac quasi expressum, per inferas venarum partes ad summas ferri permittant, à superis partibus venarum ad arterias eundem aërem ore exsuffiatum, specillum immissum, & compulsum sanguinem transmitti ad itas extre- masq; prohibeant; necessitate conformatioonis vasorum conclu- ditur, totum sanguinem ex arterijs in venas, dextrumq; cordis ventriculum & sinistrum (ut supra dictum) per venam arterio- sam, & arteriam venosam circulandum esse: & eò maximè, quod si talis in venas sanguinis circulatio ex arterijs admittenda non sit, totam sanguinis massam in arterias brevi temporis spa- tio transferri necesse fiat, cuius portioni continendæ, vix om- nes arteriæ sufficere possent; & computo per minus unius drag- mæ in quavis distole cordis peracto, majorem sanguinis quan- titatem, quam totius corporis moles intrà se capit, horæ unius spatio in arterias, seu vñis, transfundi debere.

Hæ sunt præcipuæ experientiæ, quarum potissimum de experien- causa, inaudita providentia effatum esse quondam Hippocratis peri- tem mihi facile persuaserim quod ait, Aph. 1, sect. 1. Experi- cula. rientia periculosa. Has omnes si quis attentè & secundum ocu- lorum mentis, æquè ac corporis judicium, examinare velit, ve- ras quidem esse non diffitebitur, sed ad circulationem ignis tan- Circula- tummodò natas facile comprobabit: non sanguinis; quem sua tio san- natura immobilem (citra gravitatem) esse, nec in circulatio- guinis nem unquam totis substantijs adduci posse competet. Quod improba- tur. antequam demonstrare aggrediamur, solvendi sunt gravior- res nodi ex Hipp. & Arist. à nobis pro sanguinis circulatione

G 2

Hippocra- adducti. Ac primò Hipp. meritò cor sanguinis fontem esse docet,  
tis autho- 4. de morb. sed veri, hoc est à cæteris substantijs, seu humoribus  
ritas sol- perfectè separati, cuius illustrioribus radijs è ventriculo dextro in  
vitur. sinistrum per septum immisis, vt dicetur textu 30. ignis, nutritio-  
nem habet. Hoc patet ex eodem lib. 4. de morb. cùm enim cor

*Quomodo* cor san- sanguinis fontem esse doceat, pituita caput, lienem aquæ, bilis jecur  
*guinis* fons. assignat. Ut inde de solo sanguine secreto intelligendum tex-  
tum hunc esse constet. Ac proinde hunc solum in sinistrum cor-  
dis ventriculum, tanquam illius fontem, excurrere posse; cuius  
portio in ignem mutata, in sinistro cordis ventriculo per universi  
corporis habitum circuletur. Quod vero ad textum ex lib. de

*Quodnam* alim. spectat, in quo omnium alimentorum unum esse principium,  
alimen- unumq; omnium finem, idemq; principium & finem esse profert: do-  
rum prin- corde intelligendum non esse facile quisquis judicabit, qui ali-  
cipium & menti incoeti, seu cibi externi potusq; (quod siccum, & humidum  
finis. vocat eodem lib. de alim. in initio; & in textu, alimentum quod  
alimentum futurum est) principium cor esse non posse, perpen-  
det, sed ventriculum; de quo audiendus est textus, vt ait 4. de  
morb. & i. de vici. rat. Cùm enim ventriculum, magnum in cor-  
pore fontem à natura confectum esse dicat, qui omnibus daret, cùm plenus fuerit; ab omnibus acciperet, cùm vacuus: sic ne-  
cessarium est, vt ab eo procedant, cujuscunque generis ali-  
menta, tanquam à magno fonte, & reliquiæ in eum revertan-  
tur; vacuo fonte magno, à cæteris corporis partibus & qua-  
tuor fontibus attrahente: vt sic venter idem, principium &  
finis alimentorum existat. Quod vltérius exprimit 4. de morib.

*Ventricu-* ubi ait: *Ventriculus ubi plenus existit, omnium in corpore fons est;*  
*lus fons* vacuus verò, ex corpore tabescente haurit. Sunt autem alijs etiam qua-  
*magnus,* tuor fontes, ex quibus horum quisque in corpus procedit. Postquam  
& quau- igitur hi fontes è ventriculo acceperint, ipsiq; quoque vacuati fue-  
nor alij rent, ex corpore hauriant: trahit quoque ipsum corpus, cùm quid ven-  
fontes. triculus habuerit. Quibus patet, non solum ventriculum alimen-  
tis plenum, omnium in corpore fontem esse, qui vacuus ex corpore  
tabescente, seu sicessente trahat; sed etiam quatuor humorum, seu  
alimenti, quod alimento est proximum, quatuor adesse fontes; qui eos è  
ventriculo, seu magno, & omnium fonte suscepitos, cæteris partibus  
impellantur, dum pleni fuerint; vacui vero, ex partibus tabes-  
cent

centibus & ventriculo pleno trahant; ut ita, non modò constet alimenti citra substantiarum disceptum, seu massæ sanguineæ, unum idemque esse principium & finem, ventriculum scilicet, tanquam magnum in corpore fontem; sed & separatorum humorum quatuor fontes, principia & fines eorum à natura confectos esse; è quibus plenis, non secus ac è magno fonte, trahantur à partibus, & in quos exhaustos, è partibus revertantur; & per consequens solius veti sanguinis, illustris dicti, principium & finem cor esse; quia illius à cætera massa secreti, & particularis, fons existit, vt dictum: à quo trahitur è ventriculo pleno, tanquam omnium fonte, & partibus administratur exhaustis, tanquam illius principio; dum ille à partibus tabescientibus, in illud siccatum & exhaustum, tanquam finem, attractione re-sanguinis vertitur. Neque *ut alimentum ab intimis partibus ad externa per-*  
*veniat, & à partibus externis ad interna, circulatio ad mitteenda*  
*est: quia non sit circulatio, sine redditu sanguinis, à principio*  
*in principium; quod sanguinis, citra secretionem humorum,*  
*cor esse nunquam probarunt, circulationis sanguinis fautores.*  
*Ideò autem ab internis partibus ad externa pervenit alimen-*  
*tum: quia ignis ad externa, hoc est calidus sanguis per arterias*  
*ad corporis partes exteriores perveniens, aërem in venis, in*  
*quas calidum pellit, diffundit; & ab illis trahit: sed cùm illud*  
*non tam forte sit in partibus & venis, vt in arterijs, nec proinde*  
*aërem segregare possit, permixtum attrahit cum aëre sangu-*  
*nem; vt sic confluxio una sit, sanguinis; & aëris, quo interius seu Confluxio*  
*in sanguine ad ignea gravitante impellitur, conspiratio una; vt sub-*  
*dit Hipp. in textu dicto. Pariter, dum ignis ad interna ab exter-*  
*nis devolvitur intrà somnum, aut ob aliam causam, sanguis, simi-*  
*li ratione ab aëre immixto & ad ignea gravitante, quem segregare*  
*non potest ignis, interius impulsus attrahit; vt sic confluxio*  
*una sit sanguinis, & aëris conspiratio una. Nec à sanguinis in cor*  
*effusi distentione movetur, seu dilatatur uterque illius ventriculus,*  
*vt textus Hipp. indicare videtur, ex lib. de corde à nobis desum-*  
*ptus; nunquam enim Hipp. cor à sanguine in ejus ventriculos*  
*subeunte moveri & subsilire voluit, quamvis aliquantum tendi,*  
*maximè dextrum ventriculum, qui venosus existit, afferere videa-*  
*tur; quin potius, occasione aëris in illud attracti, ab igne diffusi,*

G 3

~~Cor~~, interiusque gravitatis, ut dicetur, moveri & dilatari voluit, qua dilatatione sanguinis portio attrahatur ab aere in eo, & intra venas diffuso, & ad ignea gravitante impulsu, qui in cordis vtrumque ventriculum (ut dictum) subeat, secundum diversitatem substantiarum; hoc est, in sinistrum, veri sanguinis portio aliqua per septum transversum: in dextrum, magis permixti, sed tamen puri quaedam, per venam cavam: quod patet ex verbis textum illum subsequentibus, vbi ait: Cor esse instrumentum, totum trahendi facultate praeditum. Quod quomodo esse posset, si à sanguinis repletione distenderetur ut vtris: nec propria tractione, necessariam sibi sanguinis copiam raperet? Quod vero ad Aristotelem spectat: hic non videtur sanguinis circulationi alia ratione suffragari quam Hipp. Licet enim i. de hist. anim.

*Cor vis-  
cus totum  
trahendis  
facultate  
praeditū.*

cap. 17. Cor unum ex reliquis visceribus sanguinem continere dicat: non sine ratione; cum 2. de part. anim. cap. 4. Vas esse tam venas, quam cordis ventriculos doceat; sed hac differentia, quod si vasa esse nister veri sanguinis, seu discreti & tenuissimi, vas existat. Quod aperte patet ex sequela textus: ait enim; Cor unum ex reliquis visceribus sanguinem habet, & cum pulmo non intrare se, sed in venis contineat sanguinem, cor eumdem intrare se continere apertum est: singularis enim suis sinus sanguinem tenet; verum tenuissimum medio.

3. autem de part. anim. cap. 4. Originem, aut fontem sanguinis, aut primum conceptaculum cor esse docens, de eodem sanguine calido intelligendum, cum prior textus aperte declarat; cum quod antequam omnimode perfectus fuerit foetus, & sanguinem à matre ad nutritionem traxerit, in eo sit, palpitatione cordis sese prodens: quod soli calido sanguini & palpitanti, ut dictum superius, competere potest. Sed etiam dum Aristoteles in hocce textu originem sanguinis cor esse ait, primum sanguinem habere subdit, seu priorem & verum sanguinem, cuius vere fontem, cor constituiimus ex Hipp. sed & lib. eodem & capite, san-

*Hepar  
crassis or-  
batur ar-  
terijs cor  
venis.*

guinem illum per venas ferri, quae per jecur non tendant (ait) quod intelligi debet de arterijs, ignem, hoc est calidum sanguinem continentibus, quas majores hepar non habet, sed tantum venas, quae radicantur in eo; quia sanguinis concoquendi gratia comparatum existit, ut cor ignis forendi causa, ut superius dictum. Lib. autem de juvent. senect. vit. & mort. cap. 10. Principium ven

*venarum sanguineis cor esse ait; sed venarum nomine, arterias intelligit; quod indicat textus sequela: non enim per hoc, sed ex hoc pendent omnes (inquit.) Quæ de arterijs, quæ illo sanguine illstri, & calido replentur, audienda esse quis non videat? cùm illæ ex hoc, seu ex corde, tanquam è radice existant, non vena; quæ ex hepate, seu ex radice proveniunt, ut dictum lib. de alim. Vnde venæ, non per hoc, seu per cor, ut arteriæ quæ in eo radicantur, & *vena ex* sunt ex hoc, seu ex corde; dūm non per hoc; seu per hepar, quod ijs corde, non destituitur, saltem majoribus: ut sic verum sanguinem cum igne per cor. associatum & superatum, ex illo, seu corde, tanquam è principio derivari & circulati necesse sit; ut sanguinem frigidum sed calcentem ex hoc, hepate scilicet in quo perficitur citra substantiarum disremptum, in omnes corporis partes deduci; non tamen, per hoc, seu per cor; vt pote venis fere destitutum, & in angustia earum positum, ut superius dictum, existit, ex lib. de oss. nat.*

Rationes ita solvito. Aequum est, ut sanguis cum igne asso- Rationes cietur, & merito quidem; cùm vita sit mansio calidi in humido: at pro san- quod illa totalis, partiūque omnium humidi seu sanguinis cum guinis igne associatio, in corde fieri debeat aut hepate, est hoc quod fortiter, nec sine ratione negamus. Sibi enim parum consuluisse natura videretur, quæ ingrediente affatim in cor, multiplicis substaniæ sanguine, aut in hepar igne, nullo negotio succumbere posset: vnde non mirum sit, si, ut cor venis, sic hepar crassis orbarit arterijs, ut dictum superius & mox ex Arist. vnde re- stat, ut hæc omnimoda associatio intrà venas perficiatur, & intrà arterias; quia, ut dictum ex lib. de spir. Arist. *Humor spiritu,* (seu sanguis igne influente è corde, quæ expòsitos non ineptè, ut posterius dicetur, spiritum vocarunt, quo liquet & incalcat) & *spiritus humore* (seu ignis influens aqua, ad nutritionem opus habuisset) idèoque venas cum arterijs hac de causa, à natura fuisse anastomosi, & sine anastomosi juncas. Hoc apertè declarat Arist. his verbis: *Sunt intrà venas meatus; in quibus calidum latitans, tanquam in officina æraria, sanguinem excalafaciat.* Quod si calefactio sanguinis, ab igne intrà meatus venarum fiat, quis associationem sanguinis cum igne, in ijsdem meatibus venarum fieri negare audeat? quæ ibi fieri debet, vbi calefactio fit; dūm

*circula-  
tione sol-  
vuntur.*

Ventriculi sanguinis veri portio illustris, in sinistro ventriculo tanquam in officina peculiariter vltterius incaleficit, seu ignescit; qui hac ratione, tam vas veri sanguinis existit, quam vena permixti, seu cum omnibus substantijs, ut dictum ex 2. de part. anim. cap. 4.

Huic sanguinis cum igne, seu sanguinis calidi, & calescentis Experien- sed frigidū associationi, mirum in modum farent valvula intrā-  
tia pro sanguinis venas appositæ; quas apertas ex parte arteriarum, seu quasi fo-  
circula- roris ex arterijs, intus in venas, natura fecisse videtur; ut ingre-  
tionem sol- dienti ad circulationem igni, seu sanguini calido paterent, exi-  
vuntur.

Huic sanguinis cum igne, seu sanguinis calidi, & calescentis Valvula- sed frigidū associationi, mirum in modum farent valvula intrā-  
rum expe- venas appositæ; quas apertas ex parte arteriarum, seu quasi fo-  
rumentis. roris ex arterijs, intus in venas, natura fecisse videtur; ut ingre-  
dienti ad circulationem igni, seu sanguini calido paterent, exi-  
vuntur.

Huic sanguinis cum igne, seu sanguinis calidi, & calescentis Valvula- sed frigidū associationi, mirum in modum farent valvula intrā-  
rum expe- venas appositæ; quas apertas ex parte arteriarum, seu quasi fo-  
rumentis. roris ex arterijs, intus in venas, natura fecisse videtur; ut ingre-  
dienti ad circulationem igni, seu sanguini calido paterent, exi-  
vuntur.

Nec tamen inde putandum est, sanguinem unquam à tronco venarum ad extrema deduci posse: quod ut fieri non potest, prohibito ignis ab extremis partibus per val-  
vulas, quasi per cuniculos, circulantis influxo, quanto tempore ve-  
narum subsident valvulae: sic eo non cessante, venas excalefa-  
ciente, & sanguinem cum aëre diffundente, inflantur & ele-  
vantur; ut quantum ignis præsentia postulat, tantum sanguinis per illas exeat, & in partes feratur ad nutritionem earum, aë-  
risq; vna cum sanguine ad respirationem inferiorem necessarij copia, per eas attrahatur: quamvis id in mortuo animali, extin-  
ctoq; calore nativo, aut ut inferius dicetur, dum à parte supe-  
riore venarum ad extrema earum sanguis manu compellitur, &  
sic aëris respiratio omnimodè cessat, intercepta à copia impulsu sanguinis; in quibus casibus subsident in totum, & occluden-  
tur internæ venarum valvulae, experientia comprobari non possit. Ut enim arteriæ, licet calidum exterius aut in venas pellant, ut frigidum ex hisce locis trahant (aut saltem ignis intrā illas contentus, in diastole calidum pellat arteriam attollens, ut frigidum in systole, quo tempore quasi subsi-  
det, trahat; calido, viam aëri frigido faciente, ut latè probat Hipp. de nat. puer. multiplici experientia, ex folijs viridibus in ignem conjectis desumpta, que interius ob humiditatem in aërem versam, ignem concipientia, calidum aërem pellunt, ut frigidum trahant, quo folia convolvuntur, calido, ut dictum ex Hipp. frigido viam struente) neque tamen ullus post mortem animantis, calidi aëris ex arterijs excuntis viam, non secus ac in folio viridi inca-  
lescen

lescente, ab igne calidum exhalante apertam, quia frigidus aëris exterioris appulsi, ut in morte arterijs accidit, convolutam, seu occlusam dignoscere potest, nec ab exteriū aperire; quid simile in venis contingit. Licet enim arteriæ calidum per earum extrema in eas pellant, quo frigidum disgregant, & trahunt ē trunco aërem; apertas post mortem venarum valvulas intus foris, experiri non licet; quia hoc naturæ, non artis opus: quæ licet inter se communionem habeant; plerumque, legis instar quam statuerunt homines, de his quæ in confessu sunt non consentiunt, ait Hipp. i. de viat. rat. quod ita fieri, vel hac sola ratione assequi difficile non est. Si enim omne quod pellit calidum ad aliud, eo fine pellat, vt frigidum ad sese ex illo trahat; arteriæ, quæ calidumpellunt in venas, frigidum ex ijs trahere necessariò debent: non solum anastomosi junctæ, quæ non ab extra aërem, sed à sanguine tantum per venas habere possunt, sed aliae, eandem naturæ rationem fortitæ; & in venas, calidum per contiguitatem, vt aliae, per continuatatem vasorum pellentes; vt sic, aërem per venas à trunco ad extrema ferri necesse sit. Quod si ita sit: quid sanguinem simili ratione ferri prohibeat? cùm ab aëre in eo mixto, ab igne diffuso, seu ad ignea gravitante impellatur. Experiencia quæ in pulmone animalis mortui fit, hanc veritatem satis superq; confirmat: si enim bronchia follibus infles, arteriam venosam ejusdem naturæ ac venas, aërem excipere, eoq; inflari conspicias, citra venæ arteriosæ inflationem. Quæ experientia quibusdam miserè imposuit, vt aërem per illam in sinistrum cordis ventriculum subite sibi persuaserint; quamvis tamen in statu naturali corporis viventis, vena arteriosa aërem ex bronchijs pulmonis, & arteria venosa eum ē corde in pulmonem retroferente hautiat, ad quas partes, cæterarum arteriarum more, calidum pellit, vt frigidum ex ijs trahat (ac quasi folij viridis in igne incandescentis more convolvatur, dum frigido ex hisce partibus, calidi intrà diastolen expiratione, viam facit; & arteria venosa aërem in cor rectâ non defert, quin potius cæterarum venarum more, ab intus, seu à corde ad extrema, seu pulmonem, vt dictum, eum reportat.) Si enim hoc ita non contingret: nec aperta ex parte cordis, seu intus foris esset arteria venosa, in statu naturali hominis, cùm contraria post mortem ap-

H

pareat; inclusus suffocaretur ignis in corde, respirationem non habens intrà diastolen, in qua arteria venosa inutiliter à corde saliente aperiretur, tricuspidibus valvulis patentibus in ejus ostio à natura præfectis; internisq; seu in illius, vt in cæterarum venarum interna cavitate constitutis, firmiter occlusis, & aëris calidi retrolationem, ex Hipp. aut ( si illud respuant) saltem fuliginum exhalationem prohibentibus; vt vltérius in altero comment. aperietur, agendo de causa motuum cordis ex Arist. Quod si hæc arteria venosa, cui disparem à cæteris venis sortem assignare nefas est, necessariò aërem quasi à trunco ad extrema venarum vivente animali deferat; mortuo, foris intus tantùm deducat; quis cæteras venas in mortuis inflatas, à parte supera, seu trunco, ad extremam, aërem ore exsufflatum, compulsum sanguinem, & specillum immissum, valvulis retinere eadem ratione non videat? vt, in homine vivente, igne per arteriarum extrema, in venas conjunctas calidum pellente & ad truncum illarum, à superis partibus, seu trunco, sanguinem ab aëre in eo diffuso impulsu ad extrema venæ deferant; & inde verum sit, quod superius dictum existit ex Hipp. *Alimentum ab internis partibus ad exteriam superficiem, confluxio una, & conspiratio una: ut igne in interna parte, seu trunco magis quam externa micante, v. g. in somno, ab externa superficie ad interna perveniat, eadem unius confluxionis & conspirationis ratione.*

*Nec illam valvularum in venis dispositionem, qua fit vt vena in viventibus apertæ sint intus foras, in mortuis occlusæ, non secus ac in illis in quibus valida fit, ob compulsum sanguinem à superis ad inferas venarum partes, valvularum depressio, ignoravit Hipp. 4. enim de morbis inseruisse videtur his verbis: Vene crebra & multæ, aliae quidem tenuiores, alia crassiores, per totum corpus feruntur; haec, quamdiu homo vivit, apertæ sunt; & novum humorum excipiunt, & emittunt; eo mortuo, connivent & extenuantur.* Nec dicendum Hippocratem, venas apertas esse ex parte arteriarum, seu foris intus, in vivente intellexisse: in mortuo enim hac ratione occlusæ forent, & intus foris patentes. Quod tamen experientiæ repugnat. Et sic præcipua circulationis sanguinis sternitur machina: qua cedente, cæteræ experientiæ facili negotio non modò corrunt, sed solam ignis circulationem attestantur.

Ligat

Ligaturæ nihil aliud sapiunt. Si enim fiant in brachio v. g. Experiens vel in venâ à carno sejunctâ, eaq; admodum fortes, inflabitur <sup>tia ligaturam</sup> vena versus arteriam, detumescet desuper ligaturam. Quia igitur <sup>intrarum</sup> nis ex arterijs in venas circulatione progrediens, motus cuius- refellitur. cumque principium, ibi moratur, & aërem vna cum sanguine, quem venæ fortis ligatura recusat, è trunco, ab infernis partibus & arterijs trahit, quo pars venæ, ligatura inferior, impletur & intumescit: dum sanguis qui desuper ligaturam existit ad superiorem venæ cum arteria communionem defertur, ab igne illic effulgente attractus; quia sanguis ad maximè calidas partes concurrit, hiq; sunt ejus saltus, ait Hipp. lib. de flat. & quamvis in omnibus venis parem intuearis experientiam, arterias verò superiores & inferiores ligaturis constrictas versus aortam inflari, infra ligaturas detumescere; non inde concludi debet, sanguinem, corde in statu naturali existente, in id ingredi; sed tantum ignem, seu calidum sanguinem ex illo circulari: cùm & venarum, quæ in cor subeunt dispositio, illud, nec aliud ostentet; ut nec arteriarum proportio in hepate, ignem copiosum in illud irrumpere posse, sed contrarium; nec experientijs suis id vñquam evincere & demonstrare potuerint circulationis sanguinis fautores, quum tamen Hipp. contrarium manifestè conficiat in textu 33. hujusc libri vltterius ibidem explicando. Si enim (ait) <sup>In sinistro</sup> eodem sanguine, qui in dextro cordis ventriculo aperto, in animali jugulato, & in vena arteriosa illius cernitur (idest appetit <sup>viculo nihil san-</sup> dissecotoribus) per arteriam venosam cordisq; sinistrum ventriculum influente in aortam, nutritur arteria magna; cor, ne- <sup>guinis</sup> cessitate nutritionis, copiam illius sanguinis continere deberet <sup>adest.</sup>

Scio equidem vncias aliquot sanguinis, in aperto hominis <sup>Supputatio</sup> mortui sinistro cordis ventriculo, repertas jactitari. Nec mirum <sup>tio sanguinis in</sup> aliquando: languente enim inter morborum, præcipue cor ipsius impotentium angustias corde, & forti calido aërem per venti,

magnam arteriam è sanguine disgregata impotenti, trahitur mixtus cum aëre sanguis; & vt fiat conspiratio, confluxio etiam fit, in ruinam ignis connati in cordis sinistro ventriculo siti, in quem, per aortam, ad ejus nutritionem, fieri conspiratio aëris debet, non verò confluxio; quæ vt citra conspirationem fieri non potest, sic conspiratio sine confluxione fieri potest: neque, hac de causa, ait Hipp. conspiratio vna & confluxio vna, sed confluxio vna, conspiratio vna. Eo autem sanguine in cor cum aëre confluente, simul & conspirante, calor nativus suffocatur. Simili ratione ac, dum matracij vitrei collum in aqua mergitur, igne valido ventrem matracij desuper excalefaciente, aqua in matracij caput collumq; non ascendit; quia fortis calor, in interno matracij capite conceptus, calidum pellens in aquam, frigidum aërem in ea vi ignis disgregatum, eademq; via, qua ignis in aquam fertur, ad se se trahit, vt in arterijs, & corde contingit. Quod si calor matracij absentia ignis externi minuatur, nec amplius calidum forte pellat in aquam, vt vi illius, frigidum aërem disgreget & trahat; frigidum trahit aqua permixtum, vt sic confluxia vna sit aquæ in matracij collum; & aëris, quo in aqua gravitante impellitur, conspiratio vna. Hæcq; vt clarius patefiant.

*Experiens-  
tia ma-  
tracij.*

*Mors, quid.* Supponendum est, mortem nihil aliud esse apud Arist. quam extinctionem calidi in principio, seu in corde, lib. de juvent. senect. vit. & mort. vbi ait: *Omnibus igitur corruptio fit, propter calidi defectum, perfectis autem in quo substantie principium, hoc autem est (quemadmodum dictum prius) in quo sursum & deorsum copulantur, plantis quidem medium germinis & radicis; animalium autem, sanguineis quidem, cor; exanguibus autem, proportionale.* Hæc autem mors, vt dupliciter contingit: seu à causa exteriori, violenter; & secundum naturam, à causa interius latitante; sic duplex est. Indéque ait Arist. ibidem. *Mors violenta quidem, quando principio extrinsecus fuerit. Secundum naturam, quando in ipso & partis cōsistentia, ex principio talis; sed non adventitia aliqua pars.* Illa, vt sano plerumque animali contingit, sic ista, morbido; fitq; potissimum deficiente, calidi nativi nutritioni in cordis sinistro ventriculo, aëre, vel sanguine illustri, per septum transversum influente, & ob morborum putredines corrupto; seu vt ait

*Mors du-  
plex.*

ait Hipp. 4. de morb. *Cum omnis humor morbosus existit, & quidquid in humore vitalitatis inest foras exhalat, sicque quis moritur. Ut ergo in morte violenter inducta, jugulato, v. g. animali ( ut dictum ) & aperto drepente thorace , vt & corde , vix aliquid sanguinis in sinistro ventriculo reperitur; quia ab eo in sinistrum ventriculum per aortam attracto & irruente , extinctus non fuit principij calor : sic in morte naturali, inter morborum, potissimum autem cor occupantium , discrimina , cor languente suo calore , frigidum aërem per arteriam magnam disgregandi & Languen- trahendi impotens evadit, trahiturque mixtus cum aëre sanguis, te corde quo in extremum ignem irrumpente procumbit animans; ut sic sanguis in languente maximè proprijs affectibus corde, sanguinem in ven- ejus ventriculum sinistrum per aortam ingredi necesse sit ; valido verò, sinistrum impossibile. Quod experientia satis superque convinci potest. Si per aor- enim in animali sano, aperto drepente thorace, scindatur omni- modè arteria venosa , et qua sanguinem in sinistrum ventri- culum cordis subire putant circulationis sanguinis fautores, nec per eam sanguis transmitti in illum possit , debilitato etiam vi- vulneris inflicti sinistro cordis ventriculo , per aortam sanguis cum aëre ingreditur ; quem emortuo tandem omnimodè ani- mali , in sinistro ventriculo aperto sepiissime conspeximus. Quem quidem sanguinem necessariè ex arteria magna advenisse diffiteri non debent , cum per aliam viam in illum ventri- culum pervenire non possit , nisi sanguinem per septum trans- versum transcolati sibi persuadeant. Quod quamvis fieri à san- guine vero, seu tenuiori superius dixerim, non tamen ab eodem permixto fieri posse crediderim: cum secta etiam omnimodè vena cava, è qua in cordis dextrum ventriculum advenire posset hic sanguis , indéque per septum transversum in sinistrum , in aperto sinistro cordis ventriculo reperiatur. Hanc novit veri- tatem Hipp. lib. enim de arte cor musculum esse docens , dum valet spiritu, seu aëre, plenum esse ait: dum verò ægrotat , san- guine, his verbis: *Quicumque membra carnem in orbem constitam Hippocra- habent, quam musculum nominant, ea omnia cavitatem habent: quid- tis mens. quid enim minimè coaluit, sive pellicula, sive carne tegatur, cavum est; quod dum homo valet, spiritu quidem; dum verò ægrotat, sanie ple- num est.**

*Quomodo  
empyico-  
rum pus  
per cor  
transfe-  
ratur.*

Vrgebis: per quem igitur canalem (ni per arteriam venosam) empyicorum pus post mortem aperto cadavere in sinistro cordis ventriculo repertum, in eum traduci potuit? Respondeo: pus illud ab arteria venosa in illum ventriculum non processisse, ut pote cum nullo diastroles motu æstuans & concitata, vix aliquid è pulmone attrahere possit; sed à vena arteriosa, quæ ut calidi sanguinis, seu ignis, cæterarum arteriarum more plus continet, quam vena, seu arteria venosa, ex lib. de car. & æstum patitur; sic aërem ad superiorem pulmonis respirationem, serumq; trahit, ad aquæ in pericardio stagnantis nutritionem, ut dictum textu 6. 7. 8. cum quibus pus diastrole attractum, intrà grandiores languentis cordis systolas, in ventriculum dextrum transmittit; ex quo, facta diastrole, proprio pondere in inferas corporis venas, permeato cavæ truncu distribui potest, & per alvum & vesicam excludi, ut Pithioni contigisse narrat Hipp. 3. epid. Quod si infaustis naturæ rebus, cibo in fluctuatione posito retento, seu vero sanguine illustri dicto, ad ignis nutritionem in ventriculum finistrum per septum transversum cum aëre intrà diastrolen commeante, ob purulentæ materiæ in dextro ventriculo moram denegato, in finistrum ventriculum per septum transversum, in ejus vices crumpat tenuissimum, de vita animantis, cibi fluctuantis veri retentione, triumphat. Quod autem hæc sola via, prosperis ægrotantium rebus, citra ventriculi finistri commercium è pulmonibus, empyicorum materia expurgari possit, vel inde patet; quod si ex arteria venosa nullatenus attrahente è pulmone, neque pulsante, in cor descenderet intra diastrolen, ut eo tempore tantùm aperta existit, semper ex illa parte opposita, cibum fluctuantem remoraretur, qui in eadem diastrole in finistrum ventriculum subit per septum transversum; omnesq; è me dio tollerentur ægrotantes hac ratione, nullo superstite; quod tamen non accidit. Hac enim sola de causa venam arteriosam suis valvulis occlusam fuisse à natura ait Hipp. ne refluens à vena arteriosa sanguis, qui in finistrum cordis ventriculum per arteriam venosam non transmittitur ad nutritionem arteriæ magnæ, cibum in fluctuatione possum, seu verum sanguinem per septum transversum ad ignis nutritionem radios è dextro in finistrum ventriculum immittem, remoraretur: ut dicetur textu 31. ad

hæc

hæc accedit, quod empyicorum materia in cor descenderet, ab aëre non impulsa, sed contra aëris ex arteria venosa in pulmones retrocedentis impulsu; & cùm historijs pateat, hanc purulentam materiam fere inter deliquia animi expurgari, in statu, in quo systole continua fere est, & arteria venosa omnimodè occclusa: ut ostendemus textu 30. quod impossibile est. Sed vltioriū: quamvis in hoc præter naturali statu, per cordis sinistrum ventriculum, ex arteria venosa, pus empyicorum aliquando expurgaretur, sanguinem continua circulatione per illum deferti quis statuere audeat? cùm potius (ut dictum) sinistrum cordis ventriculum, seu musculum, dum valet spiritu, seu aëre; dum verò agrotat, sanie plenum esse comprobetur. Quamvis hunc textum ex lib. de arte, pro arteria magna & vena arteriosa intelligentum esse verosimiliū existat, quibus, ut (dùm sanum est cor) spiritus defertur in illud; sic, dùm ægrotat, saniem propriè deferti aëre permixtam, existimandum est.

Nec, nisi admittatur sanguinis circulatio, totam sanguinis <sup>Supputati-</sup> massam in arterias, cum magno salutis & vitæ dispendio, brevi <sup>tio pulsuum</sup> temporis spatio, transmitti necesse erit, peracto per minùs vnius <sup>pro sanguinis</sup> dragmæ, in quavis systole, transeuntis è corde in aortam <sup>circulatio</sup> sanguinis, computo; etiam si in quavis hora diei, quatuor ad minimum systoles millia, natura perficiat: tam enim curioso calculo <sup>ne refelli-</sup> numerantes, non solum sine hospite numerant; sed & sanguine, <sup>tur.</sup> seu nullius, in vita hospitio, commercij moneta, nisi dum mors, hospite depauperato, violatis foribus, & infractis naturæ legibus, de vita triumphare, & hospitem tandem in æternam exilij pœnam amandare conatur, solvere tentant. Neque enim sanguis citra substantiarum disremptum & secretionem, vñquam in sinistrum cordis ventriculum ingreditur, eo in statu naturali existente; ut proinde arterias ab illo per cordis ventriculos & vasa pulmonis circulante, plusquam par fuerat, adimpleri posse non metuendum existat. Quòd verò ad transeuntem per radios illustrem sanguinem spectat; cùm hic ad nutritionem ignis, in sinistrum ventriculum adveniat, tantùm attrahitur, quantum ab aëre diffuso in dextro ventriculo, & per septum transversum fluctuante impellitur: & sic, quantum ignis nutritioni sit satis, seu cum igne associari & superari in sinistro ventriculo possit.

Quomodo Quamdiu enim quod offertur, corpus superaverit, nutritur, ait Hipp. fiat nutritio. de loc. in hom. Par ratio existit de igne; qui si à sanguine superaretur, non nutritur; sed extinctus, corpori non amplius effulgeret. Vnde, si ignis quantum sanguinis superare potest, tantum trahat, & non amplius, minùs attrahit, quam arteriæ capere possent; quæ igni, qui cum eo associatur, capiendo, semper partes esse debent. Hincq; ait Hipp. textu 32. Arteria magna alimento non primario referta est; hoc est, vero sanguine in cordis dextro ventriculo, secundaria quasi generatione, idest, substantiarum secretione producto, per septum transversum & ventriculum sinistrum cum igne valido in eā saliente; quem tamen, per vasa circulatoria, maximè solis facultate dicta, in sanguinem venosum, seu frigidum & calescentem natura transfert; ut calidissimum validissimumq; ignem, hæc circulatio contineat. Ut dictum ex Hipp. i. de viet. rat.

*Cor vena arteriosa cæteris crassior.* Dicet aliquis. Si totus sanguis iu dextrum cordis ventriculum, & venam arteriosam, ad circulationem per arteriam venosam, sinistrum cordis ventriculum, arterias omnes & venas, non adveniat; qua de causa vena arteriosa, cæteris arterijs venisque crassior grandiorque à natura confecta? Reddit rationem Hipp. 2. epid. vbi ait, *In his quæ sanguinem fundunt & pulsant, positus amplam figuram & laxam esse oportet, idque omnino si ex declivi acclivi fiat.* Atqui hæc vena arteriosa, sanguinem ex declivi seu corde, in acclige seu pulmonem fundit, seu defert, & pulsat; unde figuræ amplioris esse debuit. Ne scilicet sanguis, ignem in ea tenuiore intercipiens, & pulsum impediens, convulsionem in vena; & sanguinis ignisque defectu, mortem pulmoni & cordi tandem facillimè conciliet. Adde quod, vena arteriosa, aërem & serum in cordis dextrum ventriculum ad ignis ventilationem, & seru in pericardio consumpti augmentationem deferens, cæteris grandior formati non immerit debuit, vt omnibus ex æquo sufficere posset.

*Ligaturarum vns in vena se-  
ctione.* Dicet ulterius. Cùm vena in brachio secatur, cur ligatura apponitur in parte sectioni superiore, si ab arteria in venam continuo tractu sanguis non fluat? Reddit rationem Hipp. codem textu. epid. vbi subdit. *Quare quæ in venarum sectionibus deligationes fiunt, sanguinis impetum promovent, valida verò inhibent.*

Quod

Quod ut per se & intelligatur, sciendum est: in sanguinis mis-  
sione per venarum sectionem, multa concurrere. Primum *vena*,  
tanquam sanguinis alevus: secundum, *ignis* ex arterijs per partes  
corporis, *venasq; potissimum*, circulationes suas habens, sanguine-  
num excalefaciens fundensque: tertium, *aer* e venis in arterias  
(ut mox dicetur) conspirans, & sanguinem cum quo miscetur  
impellens, & ad *igne gravitans*; ut ait Arist. dum ab igne circu-  
lante diffunditur: quartum, *ligatura laxa*; quae non solum ap-  
plicatur, quia ut ait Hipp. lib. de medico: *Quae venas contegit  
caro, in multis non probè vena coaptata, & cum lubrica existat, utro-  
rumq; sectiones sibi invicem respondentes fieri nequeunt; vena enim  
conecta intumescit, & sanguinis fluxus impeditur; ob idq; in multis  
pus colligitur: sed etiam quia figuræ amplioris venarum, attrac-  
tionē sanguinis quo intumescunt infra ligaturam, causa eva-  
dit.* Dùm enim ignem ab exteriori, seu infima venarum parte  
in summas circulantem coercet infra ligaturam, nec tamen om-  
nino retinet, aërem illuc cum sanguine, quem in eo mixtus, &  
*gravitans impellit*, à venis potissimum superioribus fortiter tra-  
hit, quo vena tumet; unde fit, ut sanguis ab igne validiore li-  
quatus & calens, ab aëre mixto fortius diffuso gravitante, ac ear-  
ceris velut impatiens, in vulneratam partem impulsus, per vul-  
neris foramen cum eo fese efferat. Quod si ligatura fortiter  
constringatur, cesseret sanguinis exitus, *ignis omnia moventis com-  
mercio cessante, & in superas venas prohibito, ob validam ve-  
narum & arteriarum aliquando compressionem, & sanguine in  
vena contento supra ligaturam, vnâ cum interno aëre ad supe-  
ras partes magis incalescentes ob superiorum arteriarum com-  
mercium, quasi ex declivi in acclive saliente*. Ut dictum ex lib.  
de flat. & 2. epid. Quod autem sanguis ille qui per foramen in  
vena factum, laxa existente ligatura exit, cum impulsu valido e  
venis superioribus potissimum progrediatur, vel inde patet,  
quod putridus sèpius conspiciatur, causæ morbi in majoribus  
venis existentis naturam redolens: dùm si quis, ligata omnimo-  
dè vena per vulnus exeat, non compressa tamen in totum arte-  
ria, ut in vena à carne disjuncta, in internis partibus corporis  
fieri potest; vel sola vena in parte superiore vulni digito com-  
pressa, neq; putridus, sed maximè tuber, ac quasi totus arteriosus,

neque pari impulsu, sed vena per vulneratam partem veluti lachrymante egreditur, eo quod dispar sit aëris gravitantis in sanguine impulsus. Cùm enim aëris è venis in arterias conspiret ad respirationem inferiorem (vt mox dicetur) è quibus in finistrum ventriculum, ab auriculis cordis attractus, subit; ab igne, intrà sanguinem in majoribus venis diffusus, mixtum ad venas minores sanguinem vñà impellit; dùm aër, qui ab igne circulante, in venam forti ligatura constrictam, ex extremis illius, & arterijs movetur, difficulter trahitur: quia ignis in extremis partibus & arterijs, alij circulant per venas, superior extat; qui sic, sanguinem à venarum extrema parte, in vulneris ostium impellere non potest, pari impetu.

*Experiens-  
tia per li-  
gaturas  
facta sol-  
vuntur.* His conditionibus, in venæ sectione ad sanguinis missionem necessarijs, sit, vt sanguine (brachio v.g. ligatura laxa constricto) per vulnus exente, si in infera prope sectionem parte, premat aliquis digito venam, sistatur sanguis, ex ignis defectu, aërem, ad cujus prædam movetur, in venis diffundentis, quo gravitante, sanguis impellitur; nec si in supra juxtæ vulnus parte premat, cesset: quia ignis inter circulandum, ad compressas digito venæ partes perveniens, ab extremis etiam partibus, aërem cum sanguine mixtum, sed minore vi, & dispari fluendi ratione impellit, vt supra dictum: si à superie venarum partibus ad extrema earum sanguinem quasi adulante manu impellat aliquis, inflentur extrema venarum, maximè supra valvulas in earum cavitatis exactam molitionem adeptas; quia valido sanguinis à superis partibus ad infernas impulsu dehiscunt, seu clauduntur, compressæ, foris intus tantum patentes valvulae; & sic sanguis ultrius descendere prohibetur, superiore existente ignis, per cuneulos influentis & elevantis, impetui, manus impulsione. Adde quodd ignis, ex extremis arterijs, sanguinem etiam desuper, seu ad valvulas depellit; vt liberam hoc sanguinis quasi refluxu, inferiorem respirationem præstare possit: cùm tamen, si ex parte inferna ad summam, manu, quasi sursum pellatur sanguis, libera tunc temporis valvularum via existente, ad venarum truncum deferatur.

*Sanguis-  
missimis  
in Hippocratem,* His, omnia circulationis sanguinis labuntur fundamenta, ultimos in Hippocratem, contra quem hiscere religio est, cunicul

culos molientia : dum ejus fautores sanguinem, per cordis fini-  
latio im-  
strum ventriculum circulari autumantes, mortis, quæ sic accer-  
pugnat  
fici solet, naturam, in vitæ fundamenta substituebant: nec im-  
meritò. Neque enim circulatio tribuenda videtur sanguini, aut  
ratione.  
satione suipius, sive sanguinis, aut ratione cordis: non primùm  
ratione sanguinis, cum ille non calefacat, nec calefcere debeat  
in corde, ut dictum. Nec motus principium attribui debeat menta pro  
parti (ex seipso) frigidæ, ac proinde in corpore (citra gravita- vita fun-  
tem) immobili, qualis est sanguis, sed igni; qui, ut omnia moveret, dementis  
vt dictum, sic & seipsum ad prædam aëris movet. Quod si to-  
tam sanguinis massam, vna cum igne moveri circulariter quis  
existimat, ignem ad frigidi & tenuis aëris prædam non moveri,  
sed vna cum frigido, seu sanguine moveri ob aliam causam, ad-  
mittere debet. Quod tamen veritati repugnare ex supradictis  
satis supérque patet: cum perennem solis, seu ignei, cursum, peren-  
nis, & tenuis aër esse faciat, ut dictum: parēmque in massæ san-  
guineæ partibus, tenuitatis proportionem agnoscere debet; ne  
vna pars alteri impedimento fiat; quod naturæ repugnat, diver-  
sæ proportionis substantijs gestienti; & contrarium matracij  
exempli demonstrabitur. Quod si ad productionem motus cor-  
dis, sanguinis circulationem admittendam esse quis velit; cor-  
dis diastolen ab eodem sanguine in ejus ventriculos influente,  
eosq; ut vtres distendente generati, asserere debet. Quod fal- Experien-  
sum attestatur experientia: abscissa enim (aperto derepente vivi  
animantis thorace) arteria venosa, vna cum vena cava, è quibus  
sanguis in cor elutriari, ~~solet~~; distendere posset, nec ullo in eos <sup>ventriculus</sup> subeunte, pulsat & salit cor, diastoles & systoles motu: ut sic,  
aliam ob causam pulsare necesse fiat. Vbi dum perfectè ligan-  
tur aut vena arteriosa, aut aorta, è quibus in auriculas cordis aër  
sobit; quo, calorem concepiente & diffuso, cordis parietes interiùs impelluntur, cessat fere derepente motus, emoriturq; citif-  
simè animal. Certum, subeunte non in cor per venas sanguineas,  
sed aëre per arterias, motum illius produci, indicium. Quod  
apertè convincit experientia. Cùm in calido corde ex vivi ani-  
mantis visceribus extracto, diastole & systole appareant, nullo  
in cor sanguine, sed tantùm aëre subeunte, & ab igne interiùs  
latitante diffuso. Non me latet, quosdam hunc motum à reliquo;

*Spirituum vitalium* spirituum vitalium in corde adhuc calido restituantium, & ventriculos impellentium fieri, respondere. Sed magna petunt, vanitas. dum tales spiritus, quos rectius, inscios Hippocraticæ & Peripateticæ doctrinæ dæmones indigitavero, hos motus præstare posse sine circulationis sanguinis destructione contendunt. Cùm enim idem sit in corde extracto adhuc calido motus, eadem diastole & systole; idem mobile proximum saltem adeste debet, aut aliud quod simili ratione impellat. Quod si ita sit, quomodo sanguis cor implendo diastolen patiet? Cùm spiritus illi chimætrici dispari ratione impellant; aut illos, suo in cor ingressu, & egressu id dilatare & constringere, seu diastolen producere, & systolen, afferendum: quod in corde extracto fieri non posse quis non videat? vt sic, non magis ad veritatem talia effantes accedant, quām qui pulsificam in corde tanquam ignorationis asylum vim esse existimant; à qua si fiat uterque motus cordis, aut aliquis eorum, quomodo extracto corde, animaque orbato corpore pulsat illa, si sine anima esse non possit vis illa pulsifica? cruditorum minus facultas quām miseria.

*Inventio venarum lactearū, sanguinis in corde generatione.* Sed audio quosdam hac nostra tempestate, culinam microcosmi, in qua, sanguis, citra substantiarum distemptum & secretionem conficiatur, adducta, per venas quasdam lacteas, chylosa è ventre substantia, in eademmet parte, in qua naturæ & animalis thronum ex Hipp. & Aristotele adornandum curamus, constituendam meditari; Et quod mirum est (ne dicam miserum) Aristotelem hujuscè doctrinæ, vt & totius sectæ Peripateticæ, cæteris omnium retro sæculorum cæcutientibus vitis, principem salutare; cuius uno consilio, sanguis in solo corde generatus, necessitate culinæ æquè ac infortunio, per venam arteriosam, arteriam venosam, sinistrum cordis ventriculum, arterias & venas, è dextro ventriculo, cœu cacabo, circulationes habiturus existat continuas; exule facto, cum epitaphio, è sanguinis elaboratione, plusquām viginti sæculorum coquo, & corporis arbitrio hepate. Sed in quonam Aristotelis libro, tantæ culinæ fautores textus inveniantur, ostendi penes eos sit; me enim certè latet. Neque repugnantes supra citatis inveniri posse crediderim. Quoniam autem hanc difficultatem perfectè enodata hujuscè loci non est, sed librorum de car. & de nat. puer. sic

lcc&amp;

lectorem nostrum ad commentarios in hosce libros differimus.  
 Ne tamen honestum superbæ ignorantiae effugium hoc esse con-  
 clamant, lacteas venas ab homine nato, homini ut putant <sup>ig-</sup> *sacrae*  
 notas, Hippocrati & Arist. magis quam ipsis, innotuisse sciant; <sup>Improba-</sup>  
*tio.* longeque diversum ab eo quem effinxerunt, illarum in animante  
 vsum esse: corporis scilicet, maximè autem venarum interiorum,  
 plenitudinem intervertere (ut de mammis scribit Hipp. lib. de  
 gland.) hoc est humorem in ventris concoctione primùm diffu-  
 sum, seu lac, pinguiorem ciborum partem (ut vocat Hipp. lib. de  
 gland.) in venarum & partium replectione non attractam, sed à <sup>Lactearū</sup>  
*venarum* <sup>vsus ve-</sup>  
*ventre & intestinis* cori instar oleo peruncti & humentis compres-  
 sam & expressam excipere. (quod enim primùm diffunditur dum  
 incalscit, pingue est, ait Hipp. lib. de car.) Idq; non immeritò:  
 ne scilicet subeunte affatim & derepente, in venas mesaraicas  
 humore turgidas, substantia chylosa, inferior respiratio interci-  
 piatur. Hanc veritatem satis superq; docet experientia. Cùm  
 hæc venæ, vix in saginatis & optimè cibatis canibus appareant,  
 in quibus infarcta sanguine vasa, venis lacteis, plenitudinem ul-  
 terius intervertendi, occasionem præbent; si minùs, ad mesa-  
 raicas tota chyli diffusio prima defertur, vel per lacteas tanquam  
 radices, in hisce venis inditas, ut mox dicemus ex Arist. 4. de  
 part. anim. cap. 4. Soli naturæ trahenti, non secus ac in <sup>glanduloso</sup> *mam-  
 marum* corpore adhuc notas, vel citra illas; indeque in hepar;  
 venis lacteis, oculorum obtutum tunc temporis effugientibus.  
 Nec solùm in ramos subclavios fertur per venas lacteas hæc pri-  
 ma chyli diffusio, sed in *mammæ* in lactantibus potissimum; ad <sup>Hippocra-</sup>  
*vterum* in gravidis ad nutricionem foetus per os; in quibus, si <sup>tis mens</sup>  
 eæ, hoc est *mammæ*, per magnam calamitatem auferantur, refluente <sup>de venis</sup>  
 ab utero lacte, nec poptia conceptacula inveniente, per ramos  
 subclavios in venam cavam ferri potest, ex illa in dextrum cor-  
 dis ventriculum, & per venam arteriosam in pulmones, quo mi-  
 seræ mulieres suffocationis discrimen incurvant: ut ait Hipp.  
 lib. de gland. his verbis. *Lac ab utero veniens & influens quemad-*  
*modum etiam antea ad superiora vasa transmittebatur, cum ea pro-*  
*pria non habeat, in principes corporis partes incidit, cor videlicet &* <sup>Aristote-</sup>  
*pulmonem & suffocantur.* Hanc lacteorum vasorum in ramos sub-  
 clavios scaturiginem prope cor, non ignoravit etiam Arist. quam

expressis hisce verbis conscripsit, i. de hist. anim. cap. 17. *Cor à  
nexu suo vena conjungitur majori, ad quam lactes etiam sunt. Hoc  
est; venæ lacteæ pertingunt etiam ad venam cavam, quam semi-  
per vocat majorem, & maximo sinu, seu dextro ventriculo con-  
Arif. de-junctam: per dictiōnem, etiam, ad cæteras partes dictas perve-  
scripta. nire manifestè nobis aperiens. Idem docet i. hist. anim. cap. 3.  
vbi ait: etiam lacteas venas ad aortam pertingere, nec tamen in  
cam scaturire; cùm ramis minoribus quām ij, qui ad cavam sca-  
turiunt, deveniant; & qui prope aortam, in fibras nulla cavitate  
conspicuas degenerent. Sic autem ait: *Aorta mittit quoque ra-  
mos ad lactes, quemadmodum major vena, verū longè minores: per-  
angustos enim & fibris proximos, quippe quos extenuatos in fibras, ca-  
va tamen cessare adverterimus. Meminit etiam i. hist. anim. cap. 16.  
Lactes super intestina positi sunt, qui & ipsi latiore constant mem-  
brana, & pingueſcunt. Pendent ex vena majore atque aorta, venasq;  
permultas frequenti concursu deferunt, ex pari illo venarum gran-  
dium ad intestina de summis ad ima usque spargentes. Sed & 4. do  
part. anim. cap. 4. superiùs citato. Quod lactes vocant (ait) mem-  
brana ipsum est, pertendens continua, de intestinorum tenore, ad ve-  
nam usque majorem & aortam, plena venarum multarum atque fre-  
quentium, quæ ab intestinis ad venam majorem aortamq; permeant.  
Ortum ejus similiter, atque ceterarum partium, necessariò esse compri-  
mus. Sed quam ob causam data sit animalibus sanguine præditis con-  
siderandum est. Cùm enim necesse sit, ut animalia cibum extrinsecus  
cipient, rursusq; ex hoc alimento fiat quod in omnes corporis partes di-  
geratur, quod in exanguibus nomine vacat (in sanguineis sanguis ap-  
pellatur) ideo aliquid esse oportet, quo tanquam radice, cibus de ventre  
ad venas deferatur. Itaque ut stirpes radicibus terre innixa cibum  
inde hauriunt, sic animalibus venter & intestinorum vires, pro terra  
sint; à quibus cipient alimentum. Quamobrem lactes sunt, venas sibi  
inditas habentes quasi radices. Sed cuius gratia lactes habeantur, jam  
dictum est. Quibus duobus ultimis textibus mesenterium, vna  
cum vasis lacteis ad cor pertingentibus, descriptissime omnibus pa-  
tet, cùm ea sola citra mesenterium ad venam majorem pertin-  
gant, & ad aortam (ut ait) juxta verumque cordis ventriculum.  
Et hæc satis impræsentiarum: cætera in alijs commentarijs. In-  
terea, dum tantæ doctrinæ fautores, quibus multum nos semper  
debit**

debituros esse gloriōsē profitemur, de sorte hepatis, coqui, frigi-  
gidi, nec tamen corporis arbitri, & ad superius Hippocratis tri-  
bunal in dictis libris, suos arbitros & judices provocantis, inte-  
grum expectabunt judicium, lege Hippocratis & superūm constitu-  
tum, quod proinde ceterorum more de his que in confessō sunt, non  
dissentiat, ait i. de vīct. rat. reformatum à nobis, consecratum  
hepatis tumulo epitaphium, non immeritò substituere poterunt,  
purpureis & lācteis (& si etiam placuerit) lymphaticis charac-  
teribus inscribendum.

## S I S T E   V I A T O R.

*Clauditur hoc tumulo, que plures tumularunt*

*Quām circulavit,*

*Sanguinis circulationis,*

*Huic experta saculo, sed inexperta*

*Natura.*

Epitaphiū  
circula-  
tionis san-  
guinis.

*Quae nominis veritatem, firmavit oculorum fallacia;*

*Opinione conservavitis tamdiu circulavitis*

*Donec circulato hepatē coquo, & corde factō archimagiro,*

*Vitam, cum morte, ridicula permutarit.*

*Sic, antiquae sapientiae funus parabat*

*Et novae pars tandem esse non potuit.*

*Abi, sine sanguinis circulatione, viatoris*

*Et sanguinem hepati, & ignem cordi*

*Concede :*

*Vt sanguine nutritus, & igne motus,*

*Vt roque bene tibi vivass*

*Sanguinis circulatoribus preceris :*

*Vt, si à vero, rectoque, deerrare non amplius velint,*

*Hippocratem sequantur qui nec fallere, nec*

*Falli, unquam potuit.*

Macrobi.  
Sain.

*Quomodo sanguinis moveantur.* Everso circulari motu sanguinis, duplex in eo agnosciri debet ex supradictis repetendus; unus alterationis, alter localis: motus alterationis sit ab igne, sanguinem non secus in officina aerarie, intrà venarum meatus, & multiplici circulationum ope excalefaciente & fundente. Localis ille est, quo in varias corporis partes movetur, qui distributionis motus vocari potest, aërisq; beneficio sit, ut posterius agentes de aëre perfectè demonstraturi sumus. Qui quidem aës ad ignea gravitans, & diffusus, omnium motuum in animali causa existit. Dum enim ignis partes circulationis siderum facultate dictæ pervadit, in has frigidum è venis aërem trahit, mixtum cum sanguine; ut sic, confluxio una sanguinis fiat, & aëris conspiratio una. Sol ad longissimum (ait) seu ignis, ad partes circulationi sidereæ subditas procedit. Rursus hæc. Trahitur aqua, qua sola, nec sibi, nec cuiquam alteri satis est, ut neque ignis. Et ab internis partibus alimentum ad externas partes pervenit. Hoc etiam internas corporis partes illustrante, seu circulationi lunæ facultate subditas, sol ad brevissimum. Rursus hæc. Trahitur aqua, & ab externis partibus alimentum ad internas partes pervenit. Et quia ille sanguis cum aëre diffuso ab igne, & sic gravitante impellentèque defertur & propulsatur, sic confluxio una est, & conspiratio una. Hæcq; inferius, & in altero commentario afferendis illustriora sient.

*Ignis & sanguinis motus experientia matracij demonstrantur.* Quod si circulationem ignis, & motum sanguinis ab illo productum, exemplo illustrare jam liceat; construatur ampulla vitrea, palmum alta, in cuius superiori parte duo foramina constituta fuerint opposita, in quibus duo matracia vitrea, sibi invicem respondentia, seu secundum extremitates fese in ampullæ cavitate, attingentia aptari possint. Tum lutatis optimè foraminibus, in quibus aptata fuerint matracia, aqua impleatur, ut matraciorum colla interius immergantur. Claudatur deinde collis: tandem ignem applica validum, circa caput vnius ex praeditis matracijs. Vbi primum aës in matracio illo conclusus excalefieri, & ignescere incipiet, cum aërem frigidum, quo inclusus nutritur ignis, per vitri parietes poris fere destitutos, habere non possit, calidum aërem pellet in aquam; è qua aërem frigidum disgregabit ad sui nutritionem, idest ignis in matracijs interno ventre concepti, arteriatum in modum, quæ calidum in

in venas, exteriūsque pellunt, vt frigidum aërem trahant, quo ignis in corde nutriatur; cuius de causa, aëris pennis vocantur, lib. de car. quas arterias æmulatur collum istius matracij, cùm calidi plus contineat quām alterum, venas æmulans; eorumdem arteriarum more, quæ calidi plus continent quām vena; vt dictum ex eodem lib. de car. Hoc ergo calido aëre, in aquam subeunte, rarefiet & calefcet aqua, eo calido aëri associata; vt intrà venarum meatus sanguis, calido sanguini, seu igni associatus; aët frigidus ex illa separabitur; vt calidum facit ex sanguine ad respirationem inferiorem; rarefacta aqua, ascendet in partem quandam alterius matracij; non secus ac ex arterijs calido forti, in venas pellitur; ne in arterias subito adveniens, interceptione earum, respirationem inferiorem impedit. Tandem igne, è matracio accenso interius, validius calidum in aquam pellente, <sup>hoc calidum</sup> quasi circulabit, aut saltem ab uno matracio in aliud, aëris in bullæ formam compositi modo decursere apparebit; vtque calidum forte ad alterum matracium pellat, sic ex eo aërem trahet, eademq; via qua calidum bullatum exhibet, vt dictum. Interea ascendet aqua in illud matracium, sed non æquali motionis tenore, ac calidum circulans; vt ita, talis aquæ ad superiores matracij oppositi partes impulsus, ab igne in aqua circulante omnimodè dependere non possit, sed ab eodem calido, per circulationem ex uno matracio in alterius caput delato; quod, cùm ex altero capite non possit calidum forte pellere in aquam, vt aërem ab illa disgreget, trahat, seu ei viam faciat, vt in alio matracio calidiore & ignito sit, mixtum cum aqua aërem trahit, quo interius diffuso & gravitante impellitur aqua; vt sic, *confluxio una* sit aquæ, & aëris *conspiratio una*: vt diximus contingere in partibus corporis, in quas arteriæ calidum per ignis circulationes ferunt; quod quidem calidum, cùm non ita sit validum, vt in arterijs, sic neque in venas calidum forte pellere potest, vt ab ijs & sanguine frigidum aërem disgreget & trahat; vnde aërem vna cum sanguine trahit; sicq; *confluxio una* est sanguinis, & aëris *conspiratio una* ex venis in partes. Quod autem ille aquæ ascensus in matracium, non fiat ab igne inter circulandum impellente solùm, sed ab eo qui per circulationem in matracij caput pervenit, qui forte calidum pellere

K

non potest in aquam, ut frigidum secernat & trahat, ac proinde mixtum cum aqua aërem trahere necessariò debeat, vel inde patet: quod si ignem è matracio ignito auferas, statim in matracium illud ascendet aqua, citra ullius aëris calidi circulantis impulsu & gravitatem. Quia calidum, in illo matracio, cùm ignis priùs admoti absentia invalidum sit, neque calidum forte amplius pellere possit in aquam, ut ab ea aërem secernat, & ei viam faciat, mixtum cum aqua aërem trahit; non secus ac in opposito matracio ignis circulatione invalidè incalesecente: Et hac ratione, sanguinem in sinistrum cordis ventriculum per arteriam magnam, potissimum inter morborum illius angustias ingredi, superiùs dictum; ut non mirum sit, si aliquando, aperto animalium sinistro cordis ventriculo, sanguis in eo reperiatur. Ut autem se habet ignitum matracium, ad alterum, sic, sinister cordis ventriculus, ad dextrum; quibus, si par ignis à natura concessus foret, sanguis in dextrum ventriculum, ad pulmonis, ignisq; in sinistro ventriculo contenti nutritionem per septum transversum, derivari non posset: quia ignis validus in dextro ventriculo conceptus, ex vena cava; ut in sinistro, ex aorta; aërem disgregaret, & fortiter citra sanguinem attraheret. Hincq; mira providentia, utrumque septo crassiore, natura separavit: (ut dictum textu 13.) Quod hac de causa factum esse, vel hac sola experientia facilè convinci potest: si enim parem in utriusq; matracij capite ignem applicet aliquis, ex utroque aërem disgregari, nec aquam conscendere, expertetur.

**20.** *Prope autem venarum exortum, ventriculis circumobducta sunt corpora mollia cava, quæ aures nominantur, neque aurum foramina habent: non enim clamorem obaudunt, verum instrumenta sunt, quibus aërem natura ad se rapit.*

*Cor aur-*  
*culis or-*  
*busum.*

**P**A R V M erat naturæ, animal numeris omnibus absolutum componere satagenti, binos, juxta duplice cordis ventriculum, ignis & sanguinis fontes, procreasse, nisi omnium provida, aërem, ad ignis in corde contenti, & ab illo prodeuntis nutrit

A

nutritionem, sanguinis per venas distributionem, & cuiuscumq;  
differentiæ motionem, ad interiora corporis trahi consuluisset.  
Tanta enim illius ( his de causis ) existit necessitas, ut si quis cibo &  
potu per plures dies abstineat, possit vitam ducere: at si quis spiritu in  
corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte, ipsi pereundum sit, ait  
Hipp. de flat. Tantæ ergo satisfactura necessitati, binas in cordis  
basi ex alto, natura præfecit auriculas, non sonorum speciebus  
recipiendis formatas; Frustra enim hoc nomen & causam habent,  
& nihil ad auditionem conferunt aures quæ cordi sunt annexæ, ait  
Hipp. lib. de morb. sacr. & juremeritò. Molles etenim sunt:  
Id autem quod sicciſſimum, ad sonum percipiendum maximè facit:  
ait Hipp. lib. de car. nec externis corporis partibus, vt externæ  
auriculæ, foramine ſinuoso constitutæ, vt ſic ſonos percipere <sup>Auricu-</sup>  
queant, ſed tantum aërem interiùs attrahere; cùm instrumenta <sup>lum</sup> cor-  
ſint quibus aërem natura, eatum erectione, ſeu attractione ad <sup>dis</sup> uſus.  
ſeſe rapit.

21. Et certè præstantis artificis opus eſſe ceneſeo. Qui  
cùm ſpeculatus fuifſet, viſcus iſpum ex ſanguinis extra vasa  
effuſi diſtentione, forma ſolida futurum, totumque trahendi  
facultate præditum, huic folles admovit, quemadmodum in  
fornacibus fuſorijs fabri facere affolent: per quos ſpiritum  
attraheret.

INGENTIS ſanè ſolertiæ naturæ à ſeipſa docta opus, fuit hæc  
auricularum productio, cùm enim viſcus à ſanguinis, ſed di-  
versæ (vt ſupradictum) ſubſtantia, in ejus ventriculos ſubeuntis  
veluti repletione, & diſtentione, forma ſolida futurum, quo ignis  
tam ob frigiditatem, quām fuliginum copiam extingui periclitatur,  
componere intenderet, totum trahendi facultate prædi-  
tum, auriculisq; in ſupera parte munitum efficere debuit; vt  
quemadmodum in diaſtole, ſanguis ſua frigiditate, ignis in  
viroque ventriculo eſtientis calorem, plus quām par fuerat  
moderari, & etiam extingue posſet; ſic aët in ſyſtole attractus <sup>Auricula</sup>  
in auriculas, & in ijs ſubſidentibus diſſuſus in diaſtole, languen- folles cor-  
tem, vel vi fuliginum ſanguinis, vel frigiditatis, ignem, tanquam <sup>dis</sup>.

K 2

folibus excitaret non modò, sed magis ut attracta sanguinis illu-  
stris portio validius cum eo associaretur, ac veluti ignesceret. Si-  
mili ratione ac *in fornacibus fusorijs fabri* facere assolent, qui valida  
aëris per folles subsidentes impulsione & ventilatione, imbecil-  
lum sub cineribus ignem, nec liberam omni ex parte ventilationem  
ex se habentem, excitant; nutriunt; quò ferrum ignes-  
cat materia liquanda fundatur, & sanguinis instar, prædomi-

*Cur auricula in supera cordis parte.* nantem ignem concipiatur. Has ergo in supera cordis parte, seu  
basi, juremeritò natura fabricavit; ut eo situ, à sanguinis in ven-  
triculos cordis influentis & gravitantis injurijs immunes fie-  
rent, nec à propria functione præpedirentur: sicq; cor verè in-  
strumentum evasit totum trahendi facultate preditum: cùm in dia-  
stole (ut dictum) sanguinem in ventriculos trahat, vel ex vena  
cava, aëris cum eo permixti, & in dextrum vñà conspirantis ope  
confluentem; vel per septum transversum, in sinistrum ventri-  
culum è dextro illustrem & fluctuantem: in systole, aërem ex  
aorta, & vena arteriosa per ventriculos subsidentes intrà auriculas ingravescentes. Hic quidam affirmare desinant cordis  
*Quomodo auriculas distendi ex eo quod impleantur à compulso in eas, ut tendantur in utres, & ventriculis affatim sanguine;* cùm, vt se habent ut folles  
*auriculae.* Ies, ex eo quod distendantur impletæ necesse existat; cùm folles  
non alia ratione impleantur.

22. *Hujus orationis inde sumas argumentum, quod cor tota sua natura agitari cernas: aures verò privatim tūm intumescere, tūm concidere.*

**H**oc autem, seu quod *cor viscus* existat totum trahendi fa-  
cultate preditum, vel ex eo satis superq; patet; cùm cor, hoc  
est illius ventriculos, tota sua natura agitari. Idest, à propria ipsis  
vi, interius impellente (hæc autem ignis est, aërem in corde  
diffundens.) subsidentibus auriculis pulsare, aperto animalis  
*Probatio.* derepente thorace conspicias. *Aures verò privatim tūm intumescere, tūm incidere.* Idest, extra ventriculorum cordis motionem,  
& quietem moveri & concidere, seu à propria ipsis vi, ab igne  
procedente, ut textu 24. docebimus, etiam erigi, attrahere, &  
subsid

subsidere: ut ita, à sanguine è ventriculis in eas compulso intra systolen, tendi ut vtres non, debeant. Quod ita non fieri experientia evincere difficile non est: scindantur enim (vivi animalis, drepente aperto thorace) vena cava & arteria venosa, è quibus sanguinem in cordis ventriculos ingredi putant, sanguinis circulantis fautores: imò & ipsa vena arteriosa, & aorta, seu arteria magna; si aliquis ex hisce vasis, refluxum sanguinis in auriculas per ventriculos timeat; quem distentionis & erectionis earum causam accuset, erigentur auriculae, toto temporis intervallo, quo calor in tali corde conspicuus erit, ut sic, à sanguine per ventriculos intra systolen sese comprimentes compulso distendi non possint, sed propria ipsis motione & attractione (seu privatim) impleri ut folles, non ut vtres necesse sit.

23. Atque eam ob causam, quod sentio, venulae quidem in sinistrum ventriculum respirationem efficiunt, arteria vero in alterum.

**O**bjetor fortassis aliquis, si à seipsis, neque impulsa in eorum cavitates è cordis ventriculis sese contrahentibus aqua, seu sanguine, erigantur cordis auriculae, neque distendantur ut vtres; aliunde materiam, qua sese erigentes, impleantur ut folles, in eas advenire necessarium est? Cui objectioni respondet Hipp. *venulas*, id est, arteriolas, *sinistrae auriculae* per arteriam magnam, ejusque aortam & sinistrum ventriculum *respirationem efficere*, seu aërem præbete. *Auricula* *arteriam verò*, seu venam cordis aë-arteriosam, quam simpliciter arteriam vocat Hipp. ad differen-*rem trahit* *tiam aortæ*, quam arteriam magnam indigit, per dextrum *per ve-* *ventriculum* ad auriculam dextram aërem deferre, per septi *nam ar-* *transversi* foramina & venulam, hoc est arteriam *venosam*, cum *teriofam,* *sinistra* eo *sinistrae auriculae*, in diastole explodendum. Et merito qui-*per aor-* dem: ex nulla enim alia parte, in eas auriculas subire potest aëris, *tam.* cùm in systole, cætera vasla perfectè occlusa sint; ut experientia demonstrabitur, textu 29. maximè in sinistro ventriculo; ut dicemus textu 30. Quod autem aëris in utrumque ventriculum

K 3

*Aëris subit in utrumque cordis ventricu-* subeat, docet: in sinistrum quidem, textu 16. ubi sinistrum ventriculum, aëre intemperatum inspirare ait. At inspiratione aëris intrò subit, vt expiratione retrocedit. In dextrum vero, textu 34. que vltetius afferetur ibidem. Qui quidem aëris, et si oculis minimè cernitur, ratione tamen conspicuus est, ait lib. de flat. In hoc ergo lum. nostro textu (vt ad illum tandem redeamus) duplicitis respirationis ratio concluditur, quam sub circulationum aëris nomine, intelligere possunt iij, quibus hac tempestate circulationes tantopere sunt ad palatum: impropriè tamen deducta ad aërem, circulationis vocabuli significatione: & hac solum ratione, cum per venas & arterias, in cor subeat, quatuor motum, à corde in cor, vt ignis, qui propriè circulationem patitur, non habeat; sed circulanti igni omni ex parte occurrat. Prima respiratio superior dicitur. Hæcq; in eo ab inferiori respiratione differt, quod aërem præbeat, seu per pulmonis viam, seu per arterias in exterioris corporis ambitu fitas, & citra aëris è sanguine per venas in arterias commeantis inspirationem; duplexq; existit. Quarum una, pulmonis opera comparatur; dextra auricula, aërem, intrà systolen, è vena arteriosa, & pulmone, per dextrum ventriculum attrahente (quæ dextra auricula, sinistra quasi vicaria, hac in parte existit) & textu 8. superiori satis superq; descripta. Altera superior respiratio, fit ab arterijs quibuscumque, externis tamen, aërem ab extra, è corporis extremis oris, cæcisq; meatibus, in aortam, cordis sinistrum ventriculum, & auriculam sinistram in systole sese erigentem & trahentem, deferentibus. Quod ut prætent arteriolæ externæ, calidum aërem exteriùs pellunt, in diastole, vt frigidum in systole ad sinistrum cordis ventriculum & auriculam, reportent. Respiratio inferior ab eadem auricula sinistra aërem trahente, vt superior dicta dependet; sed à ventre per sanguinem, & venas, aërem dicit. Hincq; ait Hipp. i. de morib. mul. vteri suffocationem, perspirationem quæ circa ventrem fit, intercipere. Cum enim dictum existat, ignem, è sinistro cordis ventriculo per arterias, venas, & dextrum cordis ventriculum, triplicem circulationem habere, sic triplicis illius circulationis via, è venis in arterias, aërem, ad cujus prædam in eas movetur, sibi conciliat; vt inde, aëris penus dicantur arteriæ: quem aërem, cum sanguine mixtum, venæ habent

habent: & ut sanguis ab hepate & ventre, sic etiam aët ab ijsdem vijs procedit, dupli ratione: vel nutritionis; multo aëre cum cibis & potibus mixtim & separatim, in ventrem conspirante. Hoc attestatur Hipp. lib. de flat. vbi ait: *Cum multis cibis multum etiam spiritum ingeri necesse est, nam cum omnibus quæ eduntur aut bibuntur, spiritus aut copiosior, aut paucior subit. Atque id potibus inde manifestum est: quod eructationes plerisque post assumptos cibos, ingeritur.* Aët cum cibis, & potibus accidunt, nimirum cùm inclusus aër recurrat, vbi bullas in quibus latet, perfregerit. Et Arist. lib. de spir. cap. 1. *Non spirantes (ait) dum cibum attrahunt, aërem quoque una hauriant necesse est.* Vel respirationis ratione. Aëris enim à pulmonibus, vi respirationis attracti, maxima pars in ventriculum descendit; indéque, cum cibis mixtus per ventrem, & venas cum sanguine, & per arterias secretus, defertur; è quibus, in cordis sinistram auriculam attrahatur. Ut his verbis docet Hipp. lib. de morb. sacr. *Cum spiritum ore & naribus homo accipiat, primum quidem cerebrum petit.* Hoc est, cùm respiratione pulmonis ope facta aët ratione attrahitur, priùs in cerebrum, per communia illi, naribus, & ori attractus, foramina frigidus defertur, tūm ad respirationem arteriarum in eo existentium, seu superiorem; tūm, vt cerebrum refrigeret ad prudentiam. *Deinde magna ex parte in ventriculum fertur, ad respirationem inferiorem ut dictum.* Pars altera ad pulmonem. Ad superiorem respirationem quæ per pulmonem fieri solet. Et quia vterq; aët, tūm è ventre, tūm è pulmone, ad cor, per venas, & arterias adduci debet, neque solum pulmo, sed & venter refrigerari debent; sic subdit. *Pars altera ad venas.* E pulmone scilicet, in cordis dextrum ventriculum, per venam arteriosam; è ventre, in sinistrum, per venas omnes, & internas arterias; vt inde verum esse probetur, quod ait: *Indeque per venas ad reliquas partes differtur.* Et hac ratione, vtroque aëre frigido in cor subeunte & refrigerante, verum sit, quod tandem concludit: *Quicunque ad ventriculum fertur, refrigerat; nihilque aliud confert, quam quod ad pulmones delatus præstat.* Atqui aer ex ore per pulmones delatus, facta per cor circulatione, & cœli divisione (vt dictum) per arteriam venosam expiratur; ergo & qui per ventrem, in venas & arterias; licet non eadem, sed sinistri ventriculi via. Hanc aëris, per venas corporis, ad respirationem inferiorem, in

arterias, & cor permeantis viam vltiūs patet facit eodem libro his verbis (loquens de venis internis, porta scilicet & cava, sanguinem in corporis partes deferentibus, quas hac de causa corporis spiracula vocat, vt arterias, in lib. de cat. aeris p̄enus, vt dictum, cum ex venis, in eas, tanquam in aeris promptuaria, aer traducatur) Per has venas plurimum spiritum adducimus. Haec enim corporis nostri sunt spiracula; cum aerem ad se trahant, & in reliquias partes deducant; & per venulas refrigerentur. Quia per venulas, seu venarum dictarum extrema, in arteriolas tūm contiguas, tūm cōtinuas, inde in majores arterias & cor, aer è ventre deducitur, à supradicta auricula sinistra cordis attrahendus: Rursusq; emituntur. Quia arteriolae, calidum aerem, ex suis externis partibus non modò pellunt intrà diastolen, vt frigidū exteriūs, & è venis trahant, sed & venule, hoc est arteriae venosæ quasi cavæ, in cordib; propagines, quæ in sinistro (vt dictum) ventriculo respirationem efficiunt, quasi cordis expirationem, eum in venam arteriosam ferunt, à qua, intrà systolen ex ea trahitur, aut in pulmonum substantiam & bronchia derivatur; expiratio pulmonum explodendus. Quod etiam per ventrem venasque per hepar transentes, & in hepate radicatas, inferioris respirationis fertur aer, ait lib. de hum. Quod venter est animantibus, terra est vegetantibus, alit, refrigerat, calefacit. Alit, quia omnium in corporebus quod fons est; calefacit, dum impletur, libera aer isilluc permeantis non terra vegetantibus. existente respiratione, qui hac de causa, seu longa retentione calescit: vnde, refrigerat dum vacuatur; aere frigido per ventrem liberè pervagante, nec ob repletionem detento. Et i. de vist. rat. Circum ventrem est coagmentatio aquæ frigida & humida, (seu hepar) transitus spiritus frigidi & calidi; quia hyeme, vt mox dicetur calidi; aestate, frigidi aeris verè per venas & hepar, transitus existit; & hac ratione, non secus ac terra, vegetantibus & venter sentientibus, omnia que in eam (seu hepar) illabuntur, alterat.

His respirationis viventium ratio capit, quæ duplex in Frigidis & calidimutua distracta, maximè in sentiente, necessaria fuit. Cum enim ignis non possit conservari sine aere frigido moderatè, cum rotulus in aerem calidorem effundatur, & ab eo tandem supereretur; cessaria (vt in candelis accensis, in valido aestatis calore fieri, diximus) animanti, non secus ac paucus ignis ab aere frigidore, quam par sit hyeme.

Sic

Sic, frigidum moderatum in cor animantis per vices trahi necessarium fuerat. Quod quomodo præstare natura potuisse, nisi dum in partibus externis v. g. p<sup>ræ</sup> æstus violentia incalescit aëris, ab inferiore respiratione, frigidum, per ventrem, acciperet aërem? hyberno pariter tempore, partibus externis, ad frigidioris aëris inclem tam algescentibus, extingueretur facile, contentus in corde, & corporis partibus ignis; nisi ab infera respiratione, ex ventre & venis, calidus aët inspiraretur, quo superioris respirationis aët temperaretur. Qua in re imitatur (ut dictum superius) terram, animantium venter, quæ hycme calidum aërem arboribus præbet; æstate frigidum: sin verò, sphacelatum pati, ut ait Arist. & siderari arbores, necesse est, lib. de resp. cap. 4. hoc ex lib. de nat. puer. ab Hippocrate mutuatus, vbi ait Hipp. Neque arbori simul opus est, si valere debeat, geminum simul calorem aut frigus adesse; verum si superiori quidem parte calor adsit, inferiori refrigerari oportet; contraq., si superiori parte frigus accedat; eam inferiore parte incalescere necesse est. Hac eadem cessante mutua in homine calidi & frigidi aëris dispensatione, facilis in morbum labitur: æstate, in febrem ob repletionem, quæ ventrem, non secus ac stercora terram, ait lib. de hum. excalafaciat; indéque ob externum aërem calidum, à superiori respiratione advenientem, univer si corporis venas, & cor: sic enim ait Hipp. Quod si cibi in ventriculo, plusquam conveniat, immorentur, atq. ad cessantem eos accedant, corpus utique implebitur, & compressis à plenitudine ventrilo frigi & nis, calor ac dolor corpori aderit: æstate quidem, citius; hyeme verò, tardius: æstate enim circumstans aëris calidus est, calidior emque ad se corporis trahit: at si calido ventriculo, justè calidior homini spiritus adjungatur, minimè mirandum est, ex eo hominem febricitare. Cùm verò spiritum frigidum hyeme ad sese trahat, multò magis corpus plenitudinem perferre queat; homine parum alvum exonerante. Hac mutua cessante frigidi & calidi aëris distributione, fit, vt febre hectica laborantes, maximè cùm pulmonem vlcere quibus ob calorem & siccitatem partium exteriorum & palmonis, supra utraque respiratio calidior est, rōto morbi decursu, à cibis & nocturnis horis incalescant & febricitent. Quia ut repletio ciborum, & ciborum somnus ventrem excalafaciunt, ait Hipp. 6. epid. sect. 5. text. 9. Sic, repletio & talem aëris frigidi & calidi distributionem cessare necessarium somnus.

L

*Dentrem calefacientibus.* extat, calorem & febrem generari: ut parem in hectica labo- rantibus, ac in calce, temperamenti proportionem, quæ calo- rem effervescentia humidi/ob siccitatem ebullientis producat, accusare, staticum magis sapiat, quām Hippocratis mystetia sa- pientem. Hac eadem cessante utriusque aëris dispensatione, extincta vitalitate, quæ ab illa, non secus ac à veri sanguinis, quo ignis in sinistro cordis ventriculo nutritur, commercio, depen- det; non solùm febris (vt dictum est) sed & mors contingere so- lent. Sicq; ait Hipp. 4. de morb. *Ac mea quidem opinione si copio- sum fuerit quod molestum est, plus justò conturbatur, copiosumq; ac validum ad ventriculum defertur, eoq; corpus, cum alterum perferre non posset, fruitur: graveolentemq; spirationem fieri necesse est. Cumq; corpus præ imbecillitate, spiritum, quo, que in ventriculo sunt refrige- rentur, attrahere nequeat, nimirum cum omnis humor morbosus exi- stat (ac proinde verus etiam sanguis deficiat, quo ignis nutritur in sinistro, vt dictum, ventriculo) quidquid in homine vitalitatis inest, foras exhalat; sicq; quis moritur.*

*Aëris impulsum facit.* Nec solùm nutriendi, ventilandiq; nativi ignis causa, necef- saria fuerat, aëris per arterias venasq; respiratio, sed etiam hu- pulsu hu- moris impellendi, & per corpus distribuendi. Quod quomodo mores di- ficit, vt perfectè intelligatur: sciendum est, motum distribuun- tis humorum, æquè ac alium quemcumque, seu animalem, sive tur. vitalem, à duabus causis pendere. Quarum una, sit motus prin- cipium; altera verò, impulsus. Hæc autem sunt ignis omnia mo- vens, & aër omnia impellens. Quem aërem, vocat Hipp. Impe- tum facientem, quem contemplari oportet: 6. epid. sect. 8. text. 19. ait enim eodem lib. textu 15. *Eos qui irruunt, intrant, aut egre- diuntur spiritus, aut etiam corpora contemplari oportet. Cùm enim ad distributionem humorum vincenda sit eorum gravitas & re- sistentia, vt in alijs cujuscumq; differentiæ lationibus, quarum causa, in sanguinis, vt in cæterarum partium quiete facilis nego- tio quiescere possit, & ad pristinum statum deduci: sic, vt ab igne, motus cujuscumq; principium; latio, seu impetus aut im- pulsus, ab agente fieri debet, quod habeat gravitatem ad ignem;* ait Arist. lib. de mot. anim. cap. 6. *seu ita diffundatur & rarefi- cat, vt connatam, suo impetu, sanguinis resistentiam & gravi- tatem evincat, & secum ad partem diffundat, impellatque:* levit

levitet verò, ad contraria. Seu igne deficiente, ad pristinam naturam facilè redeat; cedat sanguini, & ab ejus resistantia superatur; & sic vt̄ q̄j quiescat. Hoc autem, ut diximus, prestat aér; Aer gravi, vt ait ibidem Arist. habet gravitatem ad ignea, & levitatem ad vitas ad contraria, seu aquea & sanguinea. Hic ergo, miro naturæ con- ignea levilis, in humido & sanguine mixtus est; dumq; à connato igne ro- vitat ad contraria, bur accipit pars, ait Arist. ibid. hoc est dum ignis arteriarum ope in partes adducitur; ex ijs, in sanguinem agit; vt ab eo, aërem trahat, quo nutriatur; & quia aërem disgregare non potest ob debilitatem, mixtum cum sanguine trahit; eumq; ab igne, in sanguine diffusum, & sic, ita gravitatem, vt resistantiam & gravitatem sanguinis evincat, & ad partes illum impellat secum. Quod si ignem in parte, & sanguine diminui contingat (vt in partibus externis in somno accedit) superante tunc temporis sanguinis gravitatem motionem ignis, levitat, seu cedit aer; ve- séque, vt ait Hipp. lib. 3. de vīct. rat. spiritus diffusus, seu aer at- tenuatus & rarefactus in sanguine, tranquillitatem habet; san- guisq; inde immobilis evadit. Ut ergo per omnes non modò venas, sed & partes cæteras, humorum distributio fieri debet, sic & aeris respiratio; indéque dictum superius ex Arist. quod non ineptè repeti potest. *Vt igitur ad vasorum, & eorum quæ con- tinentur (humorum scilicet) atque omnino ad calidi alitionem, quipiam attrahitur, quod aér distribuit, efficaciam præbens:* lib. de spir. cap. 1. quod ab Hippoc. mutuatus est ex lib. de alim. vbi *Confluxio vna, & conspiratio vna. Cætera* confluxio vna, & conspiratio vna.

Hanc veritatem confirmat Hipp. seu quod aer sanguinem di- Exemplū  
stribuat, dupli exempli. Primum in lib. de nat. puer. sic ha-  
bet: *Spiritu distenta omnia pro generis affinitate distant. Quemad- pro san-  
modum si vesice fistulam alligaris, per eamq; in vesicam, terram, are- guinis di-  
nam, & tenuia plumbi ramenta injicias: deinde aqua per fistulam af- stributio-  
fusa flatum immittas: primùm quidem illa cum aqua permiscebuntur, no ab ae-  
deinde verò temporis progressu, flatu agitata secedent; plumbum ad re.  
plumbum, arena ad arenam, terra ad terram se conferet: at si quis ea  
arescere permittat, disruptaque vesica contempletur, simile ad simile  
se contulisse comperiet. Pari ratione, permixtæ in venis humorum  
substantiæ, ab aere diffuso ab igne, agitantur primùm, & variè*

permiscentur; tūm in partes eas trahentes propelluntur; in quibus, quemadmodum disrupta vesica, cessantēque aëris impulsu, quamq[ue] partem, corporum contentorum in ea, ad similem se contulisse competet; sic cessante ignis validi calore in partibus, & spiritu diffuso tranquillitatem habente, oppositæ circulationis dominantis beneficio, ut dictum textu 19. vt aquæ <sup>partium</sup> sūns, ad nutritionem; impetus fiat, quamq[ue] substantiarum sanguinis, ad partem proportionatam, eam, ob similitudinem, attrahentem, & aëris diffusione impulsam, facta nutritione, se contulisse, difficile non est discernere; vel earum <sup>partium</sup> augmento, quod simili substantia fieri solet, vt vterius in lib. de nat. puer. dissetetur.

Alterum exemplum lib. 4. de morb. est infestum his verbis:  
**Aliud exemplum.** Cūm in unum collectus fuerit sanguis, præ copia vires intercipit, quem admodum si quis ampullam coriaceam oleo plenam, rectâ in os obversat, idq[ue] cūm fecerit, ex ea oleum prodire non poterit. Oleum enim copiosum, & confertim incidens viam coarctavit. Quod si quis ampullam olearium paulum inclinet, tolletur oris obturatio, per quam ex ipsa oleum effluet. Quo exemplo patet quanta sit aëris necessitas ad sanguinis intrâ venas distributionem: cūm vt oleum ex ampulla, sic sanguis ex venis citra aëris impulsu exire non possit in partes: ingens enim sanguinis venam intercipientis copia, circulantis ignis, aërem in sanguine diffundentis, quo, in venis vt oleum in ampulla distribui debet, vires eludit; & non secus ac in matracio superius descripto accidere solet, si in ejus caput tanta aquæ per collum in ea immersum conscenderit copia, vt validi ignis ope, è matracij capite, ad primam è qua conscendit originem, detrudi non possit, aquæ copia, ignis, illam vix permeantis, licet validi, vires spernente & eludente; vt, aërem, quo gravitas, seu resistentia aquæ superet, nec disgregare, nec diffundere possit. Quod enim ille aer, ab igne excitetur in venis à sanguine, si omnimoda non fuerit interceptio, quæ ignis vires eludat, eodem exemplo manifestum evadit. Si enim super ampullam non omnimodè plenam, seu non perfectè interceptam, (quam ignis superare possit) ignem applicueris, drepente aquam exire, rectâ etiam in os obversa ampulla, & in medijs aquis per collum immersa, (vt de matracio dictum) nullo negotio competes. Quia ab igne, seu prædominante, excitatur latens

latens ex humido aer, quo diffusa aqua impellitur; & sanguis in venis non interceptis omnimodè, ad partes trahentes eum, vna cum aere, movetur.

Nec solùm, ad distributionem sanguinis, necessaria fuit aëris <sup>Aëris for-</sup>  
per partes animalium respiratio; sed ad debitam carum <sup>mationis,</sup>  
formationem & figuram; aëre extremas partium membranas <sup>& figura</sup>  
interius impellente; ut debitam natura figuram acquirant. Hinc <sup>cavus.</sup>  
ait Hipp. lib. de arte. *Quidquid minimè coaluit, sive pellicula, sive*  
*carne tegatur, cævum est: quod dum valet, spiritu plenum est. Sed &*  
*superius partim dictum ex lib. de nat. puer. At sane superioribus*  
*etiam partibus, ore nempe & naribus, spiritum attrahit. (de foetu in*  
*vtero loquitur) & venter spiritu inflatur, eoq; inflata intestina, ex*  
*superioribus per umbilicum insuper spiritum accipiunt & absumunt.*  
*Et à ventre & intestinis, in podicem similiterq; in vesicam via foras*  
*patet. At horum singula, vi spiritus distinguuntur: spiritu namq; di-*  
*stincta omnia pro generis affinitate distant. Istaq; mutuatus Arist. ab*  
*Hipp. 2. de gen. anim. cap. 4. Partes spiritu distinguuntur, ait.*

Objicit aliquis: si tanta sit, in animantibus conservatione, mu- <sup>Quomodo</sup>  
tuæ, frigidi calidiq; aëris, distributionis, duplicitis respirationis in anni  
ope factæ necessitas; quomodo per aestus validos, dum à supera <sup>tempori-</sup>  
respiratione calidus aër attrahitur, frigidus per inferiorem ac- <sup>bus distri-</sup>  
cedere potest, qui calidorem superæ respirationis aërem mo- <sup>butio ac-</sup>  
deretur? cum unus idemq; sit aër, qui in utramque respirationem <sup>ris fiat.</sup>  
advenit. Respondeo naturam huic necessitati misè consu-  
luisse. Ut enim in vegetante natura, non secus ac in sentiente,  
mutua frigidi & calidi aëris distributio fiat, incalescens per aestus  
validos in terra aëris, alterius, ex aquis, intrà profundiores terræ  
hiatus profluentibus, excitati, mixtione refrigerescit (quia  
aquam potentia aërem esse superius dictum ex Arist.) ut per radi-  
ces vegetantium, in truncum & ramos adveniens, alterius cali- <sup>Aquegla-</sup>  
dissimi per eas partes commeantis ardorem effringat; pariter in <sup>cialis fusus</sup>  
animante, aëris in ventrem ingrediens, licet parem ac ille qui per <sup>in aestate</sup>  
exteriorem transpirationem subit, calorem, ab aestu tempestatis <sup>salubris.</sup>  
obtrineat, frigidi potus vsu temperatur; ut frigidus in venas cum  
sanguine perveniat: hincq; ut à cibis, caliditas in ventre; sic à potu, A cibis ca-  
refrigerium accedit; ait 4. de morb. Sitimq; prohibet, auram cum potu lor à potu  
frigidam introducere: ait 6. epid. sect. 3. text. 24. hinc aquæ refrigeriu

L 3

nivis proximitate refrigerium adeptæ, in locis calidioribus, saluberrimus usus quam etiam, sed naturalem, ut charissimo animali, natura suppetret; frigidam, hac tempestate, terram fieri voluit; ut verè esset vegetantibus, quod venter est sentientibus; quibus etiam medicamentum accedit. Par ratione, sed dispari temperie, in hyeme; & cæteris temporibus, proportionaliter.

*Quomodo  
pisces re-  
spirent.*

Objicies præterea: pisces in vndis, & fœtum in utero, aërem, ad duplēm respirationem, habere non posse: vt sic, necessaria esse non videatur utriusque aëris distributio. Respondeo: pisces esse in dupli differentia (quoad respirationem spectat) alij enim pulmonem habent; calidiore, temperie prædicti; stertentes, & dormientes, ut delphini. Hoc ipsum attestante Aristotele, lib. de resp. cap. 12. his verbis: *Habent pulmones, dormiunt, extollunt os, & stertunt delphini. Insuper capiantur retibus, citò suffocantur, propterea quod non respirant; & supernatantia talia video-*

*Pisces alij  
pulmones  
habent  
alij ca-  
rent.*

*tur in mari propter respirationem. Alij vero pisces pulmonibus ca-  
rent. Utique, ad duplēm respirationem, aërem, sed diversa ratione, trahunt. Alij ab aqua, & superiori aëre, caput extra aquas exerentes, ut delphini; & supernatantes tales esse videntur in mari propter respirationem: vt dictum ex Arist. Quod autem aër in aqua contineatur, docet Hipp. non solùm citato superiore*

*Aër in a-  
quis con-  
tinetur.*

*textu de nat. puer: quod omnes spiritus nobis ex aquis proveniant:  
sed & lib. de flat. vbi ait: Quin & in mari quandam esse spiritus  
communionem, cuivis est manifestum. Neque enim natantia animan-  
tia, sine spiritu, vivere possent: quonam autem alio pacto, cum illo  
commercium habeant, si non ex aqua, & per aquam spiritum attrahe-  
rent? Aquam ergo cum aere mixtam ore haurientes, latenter  
in aqua, ventris calore, aërem separant, qui inferiori venarum  
respirationi satisfaciat; & per quascumque corporis venas & arterias ijs conjunctas distribuatur. Hic idem aës, è ventre, in pul-  
monem etiam fertur, in piscibus pulmonem habentibus: cùm  
enim è ventre per venas, in arteriam magnam, & sinistrum cor-  
dis ventriculum deferatur; ex illo, per arteriam venosam exha-  
lat in pulmones in diastole cordis, à vena arteriosa intra diastro-  
len tandem attrahitur; & in dextrum cordis ventriculum intrà  
systolen, vel cum alio, exterius, & per pulmones accedente*

*mixt*

mixtus, quem, caput extra aquas s<sup>e</sup>pius exerentes, subripiunt; vel continuo frigidioris aquae, per fistulam in ore eorum appositam attracte, commercio refrigeratus, adducitur; ad superiorem pulmonis respirationem, cœlig<sup>o</sup> ut dictum, divisionem. Mirum etenim consilio, quia talium animantium in profundo maris persæpe latitantium natura, ita frequentem, extra aquas, capitum elevationem & eductionem pati non posset, fistula in eorum ore (ut dictum) commissa fuit; qua plurimam & frequentem aquam haurientes & reddentes, internus aëris, ad longi temporis spatiū, variaq<sup>z</sup> circulationes exequendas refrigerari posset, pro connata cordis affectione moderanda: quo tandem effervescente, ob diutinam in interiori corpore moram, caput extra aquas exerere coguntur, ut frigidi aëris attractione, mortis discrimen effugiant. Indéque subdit Arist. in textu superiore.

Sed quoniam necesse est facere alimentum in humido; necessarium, suscipientia humidum, emittere; & propter hoc habent omnia fistulam: <sup>P</sup>ermulti suscipientia enim aquam, quemadmodum pisces per branchias; <sup>p</sup>isces fi- <sup>s</sup>culam expellunt aquam. Cæteri pisces pulmonibus carentes, <sup>h</sup>abent in aërem cum aqua mixtum, per gulam in ventrem adducunt, in ore. eoq<sup>z</sup> disgregant; ad cæteras partes, & cor, per venarum respirationem distribuunt; nec externa corporis respiratione, superiori dicta, privantur. Sicque ait Arist. lib. de spir. cap. 4. loquens, de ventre venisque piscium. Hac parte cibum capiunt pisces, & respirant; qui si non spirarent, tum profectò ex aqua exempti morerentur illico. Et cap. 1. ejusdem libri. Eorum insuper, quæ in aquis degunt, <sup>P</sup>isces per quanam aëlio & alitio spiritus innati, (seu ignis) nam præterquam ventrem respirans. quod hæc non spirant, ne omnino quidem sub aquis spiritum continent. (secretum ab aëre intelligit.) Neque ex puro latice, spiritum gigni affirmamus. Reliquum igitur, ut ex alimento sit. Quia ex aqua fit aëris, ut ex alimentis: ut superius dictum ex Hipp. ut ergo pisces, aëris frigi calidiq<sup>z</sup> distributione, cōmodius fruantur in aquis, in varias, natatione, feruntur earum partes; ut interno calori, necessarium aërem ad se trahant.

Quod autem citra superiorem respirationem, quæ à vena ar- <sup>Citra re-</sup>  
teriosa fit aërem attrahente exteriùs per pulmonum bronchia, <sup>spirationē</sup> bronchio- vivere possint in aquis per quoddam tempus animantia, pulmo- rum vita nibus à natura donata, firmat Hipp. historia uxoris polemarchi, subficit.

quæ ob pulmonum & gutturi angustiam, anginæ occasione productam, respirationem edebat, non secus ac pisces in aqua demersi (per ventrem potissimum, in quo, cibros, ob aeris collisionem, sonitus efformabat.) Quanavis per vñam arteriæ expirare necesse erat. Neque enim ignis in corde conclusus servari potest (ut dictum) unde necessarium semper est, ut arteria venosa expirationem edat: hoc est aerem è cordis sinistro ventriculo, vñacum fuliginibus (si adhuc) excuntem, in sese capiat, & in pulmonem reportet; qui quidem aer, per eam retroferti non potest, nisi venæ arteriosæ calidum in eam pellentis opera; quo, apertis valvulis, non in osculo illius existentibus, quæ saliente tantum corde aperiuntur; sed alijs, in ejus, ut in cæterarum venarum interno meatu, intus foris, seu versus clausis, ex parte venæ arteriosæ in cor, patentibus (quasi respirationis inferioris modo, quæ per arterias ex venis fit) aer in pulmonem exhalet; qui, à vena arteriosa denud attractus, per utrumque cordis ventriculum, septo diviso, circulationem continuet. Sic autem effatur. s. epid. textu 62. Polemarchi conjugi, uxoris po-

*Historia* per hyemem angina laboranti, guttur intumuit, cum multa febre; & lemarichi, sanguis missus est. Fauci una suffocatio desit, febris perseverabat. Sub Hipp. quintum diem, tumor ad lœvum genu cum dolore subortus est, eiq. ad cordis regionem quiddam coacervari videbatur, & respirabat, velut qui in aqua demersi sunt respirare solent: ex pectori strepitus quidam edebatur; idemq. contingebat, quod vaticinis mulieribus, que pythone afflatae, quod ventre oracula fundunt, engastrimythi, hoc est ventriloque dicuntur. Circa septimum, aut nonum diem, sub noctem alvus affatim prorupit; & liquida multa, que prava existimabantur, dimisit. Ipsa tandem voce defecta mortua est. Hac eadem, & fere tota per ventrem, respiratione, vivebat foecmina illa s. epid. textu 42.

Mulier Quæ ex medicamento conceptus gratia deglutito quinques mortua est, quinques ut expirasse videretur. Quæ respiratio, cum insensibilis existat, mortua. & vix illa arte conspicua, decreto locum dedit; quo, sine pulmonum sensibili respiratione compertos, ac saepe pro mortuis habitos, nisi post triduum, humi mandari prohibetur; ne inter latentia vitæ mortisq; discribina, officiosas occisiones tellés operiat.

Nec sine aeris commercio vivit, ut nec producitur foetus, (ut tandem

tandem vltimæ objectionis parti respondeamus.) Hic enim id *fœtus* re-  
est aëris in albo spumosoq; semine vnico fœtus principio latitat: *spiratio* in  
quia ob aërem, *spuma* alba conspiciuntur, ait Hipp. de flat. vi caloris,  
in utero ob humiditatem, id est semen, *apprimè concluso*, ait lib. de  
genit. excitatur; & in ignem primùm transit (vt dictum superius)  
*magnumq; fœtus* incipientis evadit *principium*: quod, non imme-  
ritò, *spiritum insitum*, id est quid calidum ex aëre ortum, voca-  
runt; & quod, vt cum omnibus seminis partibus æqualiter per-  
misctur, aëre nutriendum, sic æqualiter aërem ex illo seu hu-  
mido excitat; tūm conspiratum à matre trahit, queis nutritur;  
quo tempore semen vegetat in utero, igne, in eo vt in cæteris  
vegetantibus, equaliter, id est ex quavis parte aërem respirante.  
Tūm fœtus sentientem naturam adeptus, ad matrem calidum  
pellit per umbilicum; utero adharet per membranam venam scili-  
cet umbilicalem, intrà quam, multæ alia tenues membrane, eo modo  
quo prima, intrà primam protenduntur: ait lib. de nat. puer. hæ au-  
tem variae sunt arteriæ, quæ ex umbilico dependentes mutuis inter se  
vinculis, id est cum venæ umbilicalis ramis connexæ sunt: quæ,  
circulantem, in venam umbilicalem ejusq; ramos, igaem quo for-  
matus fuit fœtus ex eo propellunt; & ex ijs aërem in sese non  
modò trahunt, & quasi ab exteriis conspiratum à matre in uteri  
cavitate, & in cor fœtus transmittunt; sed etiam purissimum cum  
aëre gravitante sanguinem, in venam umbilicalem à matre solli-  
citant; quo sanguine, fœtus substantia augeatur; aëre, illius ignis  
nutritur; dum *confluxio una*, & *conspiratio una*: hicq; aëris, è san-  
guine secretus, per internas fœtus arterias, & inferiorem respi-  
rationem, in sinistrum cordis illius ventriculum, & auriculas in-  
trà systolen attrahentes defertur; è quibus, vt in adultis & gran-  
dioribus per arteriam venosam exhalat in diastole cordis; à  
vena arteriosa, calidum in eam pellente rapiendus; ad pulmonis  
respirationem, & utriusque ventriculi cordis divisionem; non  
secus ac in piscibus pulmonem habentibus contingere dictum:  
quorum naturam quodammodo emulari videtur fœtus; quem pis-  
cium instar, in interno immersit natura balneo: hac tamen dif-  
ferentia (præter cæteras) quod piscis, frigidissimo, vt eorum na-  
tura postulat, ex aquis aëre vivunt, fœtus, *calidissimo*; quo ignis  
connati primordia fœliciis elucescant; & aquæ insultibus su-

M

periora fiant; ad calidioris animantis constitutionem. Mutuo autem calidi & frigidi, per corporis partes, commercio, fruitur fœtus: (non ramen in ipsa prima productione, ut miro naturæ consilio, ignis nativus, æqualiter, & ad quascumq; seminis partes ab ipsis formationis primordijs deferatur, ne aliqua pars principium formationis existat, aliqua finis; sed quævū principium, & finis) cùm, vt per aërem spiratum à matre, calido; sic per aquas in ejus membranis restagnantes, frigido gaudeat: quo fit, vt ignis illius, in internis potissimum partibus concentratus, sui magis, dum partium interiorum, seu vitalium, quām exteriorum, curam gerat; & hac occasione, continuò veluti dormiant in matricibus fœtus, ait Arist. lib. de som. & vig. cap. 5. Quia ergo fœtus circulantem, ex suis arterijs, in venam umbilicalem, ignē propellit, quo, à natura figurinam artem veluti exercente formatus est, & quo, sanguinem cum aëte, à matre trahit, quibus fovetur augeturque; circulationes, ait lib. de alim. ad fœtum consentiunt; quia ijs formatur; & ad illius alimentum; quod per umbilicum, antiquius, circulationum ope in fœtum derivatur: & quia aët per umbilicum, in cordis sinistrum ventriculum, & arteriam venosam ad superiorem pulmonis respirationē procedit (vt dictum) verè, vt ait lib. de nat. puer. è superioribus, seu è pulmone, per umbilicum, spiritum attrahunt venter & intestina, & absument; dum ille per ventrem, & inferiorē respirationē in cor pulmonē & os defertur: nec solū per umbilicum, sed & per os & nares paucū, quem pulmones ex internis vasis excipiunt, & expirant in eas partes aëre trahit fœtus; vt & quem, in uteri cavitatem spirat mater; & ex latentibus intrà membranas aquis excitatur; ad superiorem etiam externarum arteriarum respirationē. Quid enim sine hoc (id est, aëte) tandem fit? Aut cui non præsens est? Aut à quonam hic abest? Hipp. lib. de flat.

24. *Quod enim molle magis attrahit & augetur.*

*Auricula  
cordis  
mollitie  
trahunt.*

**R**E D D I T tandem rationem Hipp. in hoc textu, quā, aërem ad sese rapiunt auriculæ. Et non tam ignem, quām mollitatem & raritatem substantiæ earum accusat. Cùm enim ignis, cuius est omnia movere, major sit in sinistro cordis ventriculo, quām in auriculis; hic, aërem potius attrahere deberet, quām auriculæ: sed quamvis majorem in sese ignem capiat sinistri ventriculus, ab eo tamen non multū afficitur, cùm res solida sit &

& densa, ut ait 4. de morb. at verò auriculæ, in altiore cordis parte, rarioris & mollieris texturæ à natura præfectæ, facilius igois effervescentiam persentiscunt, potissimum intrà diastolen, in qua magis incandescentes statim ad aëris frigidi attractionem tenduntur, seu eriguntur; ut subsidente corde, per venam arteriosam ex dextro ventriculo, & ex sinistro per aortas, seu aëris promptuaria, cum ad se se rapiant, meritoque, instrumenta illius, in corde existant.

25. Nobis autem erat ex vsu, superinjecta cordis tegumenta magis perfrigerari: in dextris enim calor inestis adeoque ob affectionem non suscepereunt amplum instrumentum, ne totum ab eo quod ingreditur, superarentur.

**A**livs, nec ineptus, auricularum cordis v̄sus hic esse posset, superinjecta cordis tegumenta, hoc est exteriorem cordis partem refrigerare, ventilatione carum ope facta; quæ internum cordis ignem roborari, & validiorem efficere posset: cùm, ut inquit lib. de vet. med. Qui magno astu, ventulo per flabellum concitato, hoc modo frigus conciliare parat, is decuplo maiorem ardorem & astum sentiet, quam qui horum nihil efficerit. Nec contrarium v̄sum attestari videatur, connatus in solo sinistro ventriculo ignis, cui soli auriculam præfici debuisse, vel hoc solo argumento comprobari posset. Cùm etiam si connatus totius sentientis in sinistro ventriculo habitet ignis, in dextro etiam existat: hac tamen differentia, quod solius pulmonis gratia, in eo quasi connatus sit. Cujus ventilationi præfectam fuisse auriculam æquum erat. Hujus autem rei, hoc est, quod in dextro ventriculo, veluti connatus pulmonum habitet ignis, certo debet esse indicio forma ventriculi dextri, tuendo & conservando, contento in eo igni, ad debitam proportionem confecta; ne ingrediente copioso, quam par fuerat, in eum affatim sanguine, de extinctione ventriculitaretur hujuscē ventriculi calor; sanguine copioso, de igne calo, debili & improportionato, triumphante; qui tandem, ex extinctione, facile ratione concreceret.

M. 2

26. Relique sunt cordis membrane latentes, oratione explicande, opus maximè utile. Aliæ nāmque quædam membrane, in ventriculis velut aranearum rete expansæ, oscula vndique cingunt: & in solidam cordis substantiam filaments immittunt.

*Valvularum de-*  
**N**E aliquid, ad perfectam compositionis cordis descriptio-  
nem, desiderari videatur, valvulas, hoc est, cor clauden-  
tes & aperientes membranulas, oratione patefacere, & explicare  
superest; opus maximè utile: cūm ex, ad perfectam motus cordis  
cognitionem, apprimè inserviant; & per eas, non solū distri-  
buantur ignis & aqua, sed aët in cor trahatur, quo calorem con-  
cipiente & diffuso, salit & dilatatur cor. Aliæ autem sūnt tri-  
*Tricuspides, tritis innumeris in telæ aranearum formam expansis ad*  
*des val- imum cordis cuspidem pertingentes, & multiplicis trianguli*  
*vula. specimen in corde exhibentes, vnde tricuspides nuncupatae*  
*sunt.*

27. Hæ mihi videntur visceris esse nervi, & vasorum principia aortis exhibere: est autem earum par unum.

*Visceris in*  
**H**Æc tricuspidum valvularum fibrosa filaments, quibus  
cor interius intertextitur, non nervorum, corporis, princi-  
piae sunt, sed visceris hujuscem nobis; aut potius ligamenta, ut mox  
nervorum dicemus ex Arist. internæ ejus substantiæ, ad validos saltus ro-  
principia. Hanc veritatem satis superque declarant, &  
materia qua constant, & conformatio peculiaris: nervi enim  
veri, à glutinoso & frigido seminis, seu materia pituitæ, & sanguini-  
nis æmula generantur, & syringodis naturæ sunt: fibræ autem  
cordis, solo glutinoso constant, seu pituitosa materia, à calido  
forti exsiccata, & citra interiorem cavitatem insensilem, ut in  
libro de car. explicabitur. Ut sic cor verè sit musculus non nervus,  
ut dictum textu 9. Hic desinat plerique medicorum cum Ga-  
vindice-  
Aristote-  
les à ca-  
lumnia  
vindice-  
leno, Aristotalem ulterius lassissere, & crassioris ignorantiae ac-  
cusare, tanquam cor verorum nervorum principium constituerit,

quo

quo errore deceptus, functionum animalium, quæ per nervos sunt, sedem constituendam esse judicavit: neque enim tam altè somniavit vñquam Hippocratis nostri sectator Arist. quin potius, hos nervos in interiore cordis cavitate conspicuos, visceris nervos, non nervorum totius corporis principia existimavit, qui ad motum cordis inserviant ( quamvis eorum flexione, motus cordis non fiat, ut dictum) dum interiori illius substantiae robur conciliant. Hoc satis supérque attestantur illius textus. 3. enim de part. anim. cap. 4. Nervorum copia (ait) in corde est, idq; recta ratione, hinc enim motus oriuntur qui intendendo, & rendendo, & remittendo efficiuntur. Itaque & robore opus est. Quæ de solo cordis motu, non verò de animali, seu voluntario, intelligenda esse, quis non videat? Subdit enim. Cor autem, ut supra dixi, velut alterum animal inest, ijs quæ corde vitalem originem continentur, sic ratiōne existas ad illius motum, quemadmodum in ceteris. Sic di sparsa ratione, cum vñquam ex corpori extu 9. nervi isti cordis interius excavati non extendi, ad pectus impellentis ingressum. Quod ab Hipp. assert Aristoteles 3. de part. anim. his verbis: *Origo nervorum quoque in corde est, visceris scilicet, non cæterarum partium corporis. Id enim nervulos suo ampliore ventriculo continet, & vena aorta appellata nervosa est; & quidem postrema ejus nervo omnino constant; quippe qua nullo cavo distinguantur, tendanturque modo nervorum, qui definunt applicati ad nodos ossium. Quibus innoteſcit differentia inter veros nervos corporis, & istos, seu cordis; qui more nervorum corporis tævi non sunt & syringodes, sed ligamentorum, seu nervorum carnes ossibus connectentium rationem in corde habent, quæ solida existunt, nec cava; ut verè cordis nervi, visceris illius tantum, non cæteri corporis, nervi sint.*

Nec solum visceris nervi existunt, quibus robur conciliatur, *valvula-  
sed vasorum principia videntur aortis exhibere, seu arteriæ magnæ rum tri-  
superæ & inferæ, quæ eadem materia prope cot contexta, & cuspidum  
nervosa conspicitur, hoc illud attestante Aristotele in textu su-  
periori. Nec solum hac ratione, vasorum principia videntur  
aortis exhibere: sed cum vena cava & aorta tanquam vene,  
nullum ex se principium habeant; quia nulla pars corporis est prin-  
cipium, ait lib. de loc. in hom. maximè venarum; quarum hac*

*vna, ubi incipiat, & ubi desinat, non satis compertum est; circulo enim facto principium non invenias, ait lib. de oss. nat. sic, hæ fibrae principia duobus vasis constituere videntur, quorum ope sanguis in cor per cavam, & ignis è corde in aortam, & venam arteriosam; & aët, ex hisce vasis, in cor, & è corde in arteriam venosam transmitti possint; quasi citra venarum principium.*

Duæ autem sunt, seu par vnum tricuspidum valvularum existit: alterum venæ cavæ adjacens, in dextro ventriculo, triplici cuspidi innittitur; alterū, arteriæ venosæ, in sinistro ventriculo, duplici; eodemque ac in vena cava officio fungens; id est, arteriam venosam perfectè occludens; quidquid reclament recentiores. Cùm propter exilitatem arteriæ venosæ, duæ sufficiant valvulæ, vbi plures esse possent impedimento. Hæ autem quasi exteriùs, seu foris intus patent ~~et aperiuntur in diastola, in sistole~~ — ~~occluduntur~~ /

28. Tres enim membranæ ad ostia singula excogitatae sunt, in summo quidem rotunda, quantum dimidiatus circulus.

*P*RÆTER tricuspidum valvularum parvum, aliæ sunt semicirculares dictæ, seu semilunares, falcatae lunulæ speciem referentes, tribus membranis semicircularibus; utramque arteriam, hoc est aortam & venam arteriosam occidentes. Hæ non, cæteratum more, ad cordis mucronem extremum fibras mittunt: sed totæ, in vasis caudice sunt; exenti ab intus sanguini calido, seu igni patentes, forisq; clausæ. In systole aperiuntur, & in diastole occluduntur.

29. Adeò ut qui rem intelligunt, mirentur, quomodo oscula hoc est aortarum fines claudant. At si quis veteris instituti probè gnarus, mortui animalis, exemplo corde, hanc demat, illam vero reclinet, neque aqua cor penetrare, neque flatus emitti potest.

Mirum

**M**IRVM sanè, quomodo hæ vasorum valvulae eorum oscula tam exactè occludant. Hanc rem experientia comprobare si velis: *exime cor* (inquit Hipp.) *ex animali jugulato*, cum quadam tamen portione quatuor vasorum, è partibus, quibus adhærent quædam eorum, exactiore industiâ separata: tūm *tricuspides* primùm valvulas deme; id est, tende; tensæ enim, cùm fibrosæ sint ad instar interioris substantiæ cordis, ita vniuntur, vt apparere interiùs veluti desinant, & meritò, quasi *demptas*, affirmare possis: hoc autem accidit, si cor in figura quam gerit in systole componatur: qualem habet post mortem animantis, in qua systole, perfectè occludi venam cavam in dextro ventriculo, & arteriam venosam in sinistro, superiùs dictum. Tūm *Experientia apertis aortæ & venæ arteriosæ valvulis, tubulos, per earum oscula in cordis utramque cavitatem seorsim immittit*; & per eos, aërem expira: retrocedere enim per tubulorum cavitatem, aut per exteriore corum rimas, aërem, nec per aliud vas exire compries; ni violenter spiritum impellas constrictis contra tubulos vasorum membranis, adeò vt aér, per intermedias earum, & tubulorum rimas remeare nequeat: inflato enim ab aëre, utroque cordis ventriculo, & quasi in diastolen subsultante, aërem, apertis tunc temporis cæterorum vasorum osculis, cum levi exsufflantibz per venam cavam, & maximè per arteriam venosam, sonitu percipies: certum perfectè occlusarum, in systole, venarum in corde argumentum; ac proinde arteriæ venosæ; per quam, aërem, è cordis sinistro ventriculo exire & retroferri nullus negare debet; nisi veteris *instituti ignorans*, id est, veri vasorum cordis usus imperitus haberit velit. Ut verò occlusa firmiter etiam arteriarum duarū oscula comprobare possis, illas (ait) id est valvulas *sigmoïdes, reclina*; hoc est, mutuò junge. Hoc autem fieri potest, si per cuspidem & basim manu prematur cor, vt naturalem diastoles formam acquirat. Tūm ligato arteriæ magnæ truncō altero, v. g. superiori, per alterum aqua immittatur, manuque versus cor exprimatur: resistent enim, aquæ fortes pulsanti, occlusæ valvulae: similiter in vena arteriosa: certum, in diastole clausarum arteriarum in utroque ventriculo, cordis argumentum. Hasq; experientias aliquoties cum successu fecisse, mihi contigit.

30. Eaque præcipuè in sinistræ partis vasis, justa ratione exactiore molitionem sunt adeptæ. Anima enim humana in sinistro cordis ventriculo habitat, & reliquæ animæ imperat. Neque nutritur cibis & potibus, qui ex inferiore ventre adveniunt, sed clara & pura abundantia ex sanguinis discretione. Alimentum autem ei abundè suppetit, ex proximo sanguinis conceptaculo, radios immittens, & tanquam distribuens ex inferiore ventre intestinorum non naturale alimentum.

**H**oc textu & sequentibus, docet Hipp. valvulas exactam molitionem adeptas, occasione sinistri præcipuè ventriculi, à natura confectas extare. Ait enim: mens humana, id est ignis, in homine, quasi sensibile illius, ut cæterorum viventium instrumentum, ut superius dictum (quod Arist. ab Hipp. mutuatus, sic effatur. Probl. 10. sect. 27. *Calor insitus nobis tanquam animans est*) in sinistro cordis ventriculo habitat, è quo, ad omnes sentientis non modò functiones per corporis partes circulationem habet, sed vegetantis naturæ ignē in partibus quibusvis insitum debilem & in materia magis immersum suo influxu fovet: sicq; reliqua animæ, (hoc est, igni) imperat. Qui quidem ignis juremetitò valvulis ventriculum illum exactè occludentibus servari debuerat; ne irruente in ejus lares confestim per vasa in cor pervenientia sanguine, facil ratione corrumperetur, ut dictu textu 19. guine. Neque enim tali sanguine nutritur ignis in corde conclusus (id est, cibis & potibus qui ex inferiore ventre adveniunt, in sanguinem citra substantiarum disremptum & secretionem cōmutatis) qui vel per venulas ex aorta, aut per arteriam venosam accedere possit: sed clara & pura abundantia, ex sanguinis discretione, alimentum ei abundè suppetit ex proximo sanguinis conceptaculo: id est, sed vero sanguine, in dextro ventriculo apprimè secreto, & per cæca septi transversi foramina radios abundè immittente in sinistrū, ac tanquam alimentū ex stomacho, id est ventre inferiore intestinū distribuente nutritur; à quo extingui non possit ignis, alio per aortam aut arteriam venosam irruente, facil ratione superandus. Hac ratione, qua in dextro cordis ventriculo "secretio fit veri sang

sanguinis, quo ignis nativus nutritur, Hipp. cor sanguinis fontem sanguis  
vocat. 4. de morbi. ut dictum, & Arist. sanguinem in corde ge- quomodo  
nerari docet: **P**um generatio vnius sit secretio alterius. Seu, ut generetur  
ait Hipp. generari, & interire, seu secerni, idem. i. de vici. rat. Hic  
autem secretus sanguis, per septi transversa cordis meatus flu-  
tuatim irradians, quia cordis & arteriarum substantiam non  
nutrit, non naturale alimentum dicitur ab Hipp. illarum scilicet  
pacium, in quibus potissimum hospitatur, dum ignis, naturale  
alimentum evadit, seu quid igneum fit.

**31.** Ne vero qua in arteria insunt, cibum in fluctuatione  
positum remorenur, viam que ad ipsam tendit, conclusit.

**S**APIENTER tamen etiam non in sinistri solùm ventriculi cur val-  
vas, sed etiam dextri, maximè in ejus arteria, id est vena vula in  
arteriosa, quam simpliciter arteriam nominare solet Hipp. ad <sup>vena ar-</sup>  
distinctionem aortæ, quam arteriam magnam vocat (dictum  
text. 19.) valvulas natura constituisse videtur, & quidem sinistri  
ventriculi, aut potius *anima* in eo contentæ, id est ignis connati  
beneficio. Ne irradians per septum transversum è dextro ven-  
triculo sanguis secretus, & aëre ex auricula dextra subsidente,  
ut dictum textu 8. impulsus, ad ignis nutritionem in sinistro  
ventriculo perficiendam; is, hoc est calidi, cibus in fluctuatione Cibus in  
per septum positus, altero sanguine è vena arteriosa intrà diastro- fluctua-  
len in dextrum ventriculum valvulis in ea deficientibus re- <sup>tione posi-</sup>  
fluente, sisteretur; & sic concideret animans, ignis nutritione <sup>tus.</sup>  
deficiente, in sinistro ventriculo, tanquam larario.

**32.** Arteria enim magna ventrem & intestina depascitur,  
& alimento non primario referta est.

**Q**uo enim, illo sanguine è vena arteriosa in dextrum ven- <sup>Aorta nu-</sup>  
triculum refluente, sisteretur ignis nutrientum in fini- <sup>tritionem</sup>  
strum ventriculum per septum transversum fluctuatione irra- <sup>non habet</sup>  
dians, manifestè ex eo ostenditur; cum sanguis, in venam arte- <sup>per cordis</sup>  
riosam, per dextrum ventriculum è vena cava impulsus, per at- <sup>finistrum</sup>  
teriam venosam, & sinistrum ventriculum, ad arteriam magnam, <sup>lum.</sup>

N

pro nutritione illius, non transmittatur; ut sic, nullo negotio refluere posset in dextrum ventriculum, ni vena arteriosa suis effet valvulis obsita; ac proinde facili ratione cibum in fluctuatione positum in eo remoraretur; cuius defectu ignis extinguetur; neque enim hoc sanguine nutritur arteria magna, ut per hæc vasa, sinistrumq; cordis ventriculum in eam perveniat: sed eadem, qua venter & intestina nutriuntur substantia, hoc est pure nutritur, ut in altero commentario explicabitur, in eam per venarum, arteriarumq; in universo corporis habitu commercium, cum sanguine, perveniente. Quamvis sincero, seu secreto illustriq; sanguine, non primaria solùm hepatis ventrisq; elaboratione, sed secundaria, id est secretione substantiarum dicta, in dextro ventriculo facta, generato, per septum transversum in sinistrum cordis ventriculum irradiante, & è sinistro cum igne in aortam saliente sensim, referta existat.

33. *Quod verò arteria magna non alatur eo sanguine, qui cernitur, ex hoc manifestum est: jugulati enim animalis aper- to sinistro ventriculo, in totum solitudo apparet, preterquam sero si cujusdam humoris, & flava bilis, & membranarum, de quibus à me dictum est. At arteria, minime sanguine est de- stituta, neque dexter ventriculus. Hoc igitur vas membranis occasionem dedit.*

**P**R O B A T Hipp. hoc textu, allatam in superiori veritatem: scilicet, quod arteria magna non alatur sanguine, è vena cava per dextrum cordis ventriculum, venam arteriosam, arteriam venosam, sinistrumq; cordis ventriculum in ejus cavitatem influente, hac ratione, quam experientia firmat. Si arteria magna sanguine per dicta vasa influente nutritur, sanguis deberet necessariò semper adesse in sinistro ventriculo, è quo deferretur in arteriam magnam ad illius nutritionem, ut reperitur in cæteris vasis. At falsum hoc attestatur experientia: aperto enim jugulati animalis corde, in sinistro ventriculo in totum solitudo apparet, sanguinis nimirum, cùm tamen copiosus in dextro ventriculo & vena arteriosa appareat; certissimum non advenientis ex hocce

hocce ventriculo in arteriam magnam sanguinis, sed & prostrata circulatio argumentum, ut dictum superius textu 19. Quid sanguinis enim in sinistro ventriculo non appareat: si, ut per dextrum, vena arteriosa, & arteria venosa; sic, per eum, arteria magna enuntiatur? Ideo enim in dextro conspicitur; & vena arteriosa, hoc est, arteria minimè sanguine est destituta, neque dexter ventriculus; quia hic ventriculus eo nutritur; ut & pulmo, illiusq; vasa, vena scilicet arteriosa, & arteria venosa venæ cavæ propago, simili substantia, ac arteria magna, seu pure, in sanguine pulmones nutrita permixto nutriuntur; dum, arteriam magnam, eodem pure per venarum in cæteri corporis habitu existentium commercium cum sanguine, nutriti superius dictum. Sed cur inquires in sinistro ventriculo aliquid serosi humoris, flavæ bilis, & membranarum appetet? Respondeo, serosi humoris portionem in eo ventriculo, non tamen in dextro, apparete: quia serum, ad aquæ in pericardio stagnantis nutritionem per dextrum ventriculum, & septum transversum, in sinistru cum aëre adveniens, illuc cum sanguine permixtum existit; cum in sinistro, sanguine destituto, secretum conspiciantur; ut & fibre innumera, seu membranæ interiores, sinistri potius ventriculi quam dextri sinus interstingentes: flavamq; bilem, aut potius colorem ad flavum tendentem, in interna illius superficie, à fortis igne, quasi sole, internos larium parietes deaurante produci: aut etiam à corrupta, vi caloris in morte deficientis, illustri pinguiq; sanguinis, quo ignis nutritur, substantia: quia quibus pingue, abundat flava bilis, ait Hipp. 6. epid. textu 3. sect. 6. quibus patefactis, satis supérque patet, quod ipse tandem concludit: hoc vas, id est, si valvulas nistrum ventriculum cordis, membranis (seu valvulis) occasionem sinistri dedisse: neque immerito Aristotelem, tam venas quam cordis ventriculos, vasa indigitasse, ut superius textu 19. dictum.

34. Ac rursus quod ex dextro cordis ventriculo fertur, id quidem ipsum etiam membranarum commissura conjungitur, sed propter imbecillitatem non magno cum afflitu impedit. Verum aperitur quidem in pulmones, ut eis sanguinem ad alimentum præbeat, in cor autem clauditur, non confessum

tamen, quo aër quidem ingrediatur, non tamen admodum multus.

**F**IRMAT effatum posterius pro coronide allatum, valvulas scilicet occasione sinistri potius, quam dextri ventriculi à natura confectas. Neque enim tanta est earum in dextro necessitas, cum debilis in eo, si cum sinistro conferatur, ignis insultus existat, quem proinde in vena arteriosa contentum, valvulis tam exactam molitionem adeptis retinere natura non debuerit, tam debilis moventis injurias, & refluxum in dextrum ventriculum vix pertimescens. Hinc est quod hæ valvulae intus foris pateant, seu aperiantur è dextro ventriculo, in pulmones; ut fanguinem ad alimentum pulmonum transmittant: foris autem intus, seu è pulmonibus in cor claudantur, ne sanguis refluere possit è pulmone in cor: non tamen tam citè occluduntur, vt nihil è pulmone in dextrum cordis ventriculum transferri possit; cum aët ex vena arteriosa per has valvulas hiantes, in illum, ad superiorem pulmonis respirationem ingrediatur, non tamen admodum multus; sed igni in eo contento, ventilando, proportionatus.


35. Imbecillum enim his est calidum, frigidæ copia superatum. Neque enim sanguis natura calidus est, vt neque alia quedam aqua, sed calescit. Plerisque tamen natura sua calidus videtur. Et de corde quidem hac à me dicta sunt.

Ratio.

**R**ATIONEM si quæras: cur aër, non tamen admodum multus, per venam arteriosam in dextrum cordis ventriculum subeat, & cur tam debili impetu assiliat, seu moveat vena arteriosa, vt tam exacta molitione à natura coërceri non debuerit, sanguinis ex illa in dextrum ventriculum refluxum vix pertimescente? Imbecillitatem caloris in eo, & in vena arteriosa, existentis accusat, cuius occasione pari ac in cæteris arterijs fervore non intumescat. Imbecillum (ait) his, id est, huic ventriculo, & vena arteriosa, est calidum, quod non solùm in magnis, vt dictum ex Aristotele textu 11. conceptaculis exolescit, sed mutua sanguinis,

cum

cum eo associatione temperatur: sanguis enim à natura sua, & absolutè frigidus est; & ut ait de vict. rat. in morb. acut. *sanguis frigidus est, & obstruere natus.* Non quidem secundùm aliquam *sanguis* sui portionem, sed secundùm omnes substantias in eo conten-<sup>frigidus,</sup>  
tas, aquæ elementaris instar: vnde inquit, *vt alia quadam aqua.* <sup>sed calef-</sup>  
*Calescit autem per associationem cum igne, magis aut minùs* <sup>cis.</sup>  
proportione vtriusq; habita. Cum ergo ignis in hocce ventri-  
culo, & in vena arteriosa, cum majore sanguinis copia, quām in  
sinistro associetur, quid mirum si magis quām in sinistro refri-  
gescat. Hinc dictum ex Arist. 2. de patt. anim. cap. 2. *Quedans*  
per associationem calefcere, veluti si ferro aut aqua calida nomen im-  
ponas, hoc enim modo *sanguis calidus* est. Experientia textu 49. al-<sup>Humidū</sup>  
lata probat Hipp. lib. de car. vbi ait: *Quod autem omne humidum* <sup>calidus</sup> *est.*  
*sit calidum, ex hoc ostenditur manifeste.* Si quis humani corporis par-  
ticulam quamcumque volet, secet; *sanguis calidus effluet, & quādū*  
*calidus erit, liquidus erit.* Vbi verò tūm ab insto, tūm ab externo fri-  
gore, frigido, perfrixerit; pellicula obducetur. Hinc ait lib. de alim.  
*Sanguis solidus, & sanguis humidus; sanguis solidus vitiosus, sanguis sanguis*  
*humidus probus.* Quia sanguis solidus, ignis, quo humescit & li-<sup>solidus, &</sup>  
quatur, defectu, concrescit; & soliditatem acquirit à frigido in-<sup>humidus,</sup>  
cerne; vt humidus, humiditatem & fluiditatem ab igne externo.  
Et certè si sanguis absolutè calidus esset, duo non essent corporis  
animati principia, *ignis scilicet & aqua*, sed unum, nutritionis &  
motus opifex; quod repugnat Hipp. lib. de nat. hom. maxi-  
mè, cùm vt ait, i. de vict. rat. nutritio & motus à diversis  
facultate principijs procedant, sed usu consentien-<sup>Ignis &</sup>  
sibus. Resteque proinde effatur Hipp. lib. <sup>aqua, idē</sup>  
de nat. hom. *Neque ignis, & aqua, seu* <sup>non sunt.</sup>  
*sanguis, idem sunt, si absolutè*  
*scilicet sumantur.*



MONARCHIÆ  
MICROCOSMI  
RESTITVTÆ.  
PARS ALTERA.


SEV

COMMENTARIVS IN VARIO\$  
Hippocratis Magni Textrus, ex lib. I.  
de vici. rat.

ЭИИЯНЯИОМ  
MICROCOSMI  
АТУТИСЯ  
АЛЭТЛА СЯАП

ЧАС

201ЯИ ВАРЛ  
Hippocratis magni, Platonis et Aristotelis insperato ... - page 148 sur 250



# COMMENTARIUS IN VARIOS HIPPOCRATIS MAGNI Textus ex Libro primo de victus ratione.

I. Ignis medios circuitus fecit, intrò & foras tendentes, calidissimum & validissimum ignem continentes, qui cunctis dominatur, omniaque moderatur sine strepitu, tūm visu, tūm tactu. In quo animus, mens, prudentia, incrementum, motus, imminutio, permutatio, somnus, vigilia. Hic, omnia in totum gubernat, & hec & illa; neque unquam quiescit. Hipp. i. de vict. rat.

**M**EDIAM ignis, seu solis facultate dictam circulationem, textu 19. superioris commentarij in librum de corde descripsimus: ut opus non esse videatur de illa, importunam crambem repetere. Hoc solùm superest, vt ignis per medium circulationem in cæteros corporis axes, ex ijsq; in partes decurrentis vires appetiamus: hic enim, non modò cæterarum circulationum igni dominatur, sed & hujus ope, cunctas aliarum partium functiones agit natura; aut ut ait Hipp. i. de vict. rat. *Omnia animantia, in eodem circumactu, omnia operantur; veréque cor, ignis lar, sola in corpore pars princeps existit: quod patefacere in hoc commentario decrevimus.* Ut autem id vera demonstratione assiqui valcamus, quædam circa functionum animantis principia,

Pars II.

A 7

*Hominis* partiumq; functionibus peragendis destinatarum naturam, supponenda videntur ad Hipp. & Arist. mentem.

*natura a-* Ac primò, quod etiam si duobus principijs, viventis corporis *natura im-* natura constet, igne scilicet & aqua, ut dictum textu 19. alterius *mortalis* comm. hominis tamen naturam, animæ immortalis societate ab-*societate* solvi; quæ omnium operationum corporis principium primum, *absolvi-* ac motuum omnium fons & origo censeri debet; *cum anima*, ut *tur.* dictum ex Arist. Igne omnia in corpore operetur.

*Anima* *functionū* Hæc autem licet una sit, multiplices sub se facultates com-*omnium* plectitur, quæ ab ea tanquam proprietates dependent. Potissimæ *principiū.* duplices sunt; animalis, & vitalis. Hoc docet Hipp. lib. de *anim.* vbi ait: *Facultas una, & non una. Facultas una,* immortalis in homine anima, in cæteris animantibus sentiens, radicale fun-*ctionum omnium principij:* & non una, id est, cuius multi-*plures fac-* plices existunt vires & proprietates, seu facultates. *Alia ad totius* *ad sensū* & *partis vitam, alia ad sensum totius & partis.* Facultas ad vitam *totius,* vitalis est, in corde sedem habens, seu sensitivæ vitæ prin-*partis.* *Facultas* cipio; quo deficiente, in cæteris partibus sentientis deficit vita. *ad vitam* Ad vitam partis, quæ in quavis parte corporis, præter vitalem *totius &* *partis.* totius è corde per circulationem influentis residet, ut dictum ex Hipp. & Arist. de quibus agete instituimus: si priùs de ani-*malibus, ut textus interpretandi series moneret, differuerimus.*

*Facultas* *ad sen-* Facultas animalis, *ad sensum* dicitur ab Hipp. & duplicis dif-*sum to-* ferentiaz. Alia *ad sensum totius,* seu interior animalis facultas, aut *totius &* sensus interior quiscumque; alia *ad sensum partis;* quæ in sensi-*partes.* bus externis objectorum species recipit, externarum sensatio-*num magistra.*

Vt autem duplicitis tantum differentiaz in animante faculta-*Facultatis* *ad vitam* tes agnoscit Hipp. animalem scilicet, & vitalem: dupl. etiam *totius re-* partium corporis veluti regionem constituit, in quibus eæ con-*gio tho-* tineantur; thoracem scilicet, & caput: thoracem, à claviculis *rax.* ad imum ventrem deducit; & jecur hac ratione in thorace compre-*jecur in* hendit, ut habet lib. de arte: vbi sic effatur. *Thorax in quo* *thorace* *compre-* *jecur concluditur.* Et lib. de viet. rat. in morb. acut. At si quidem *bensum.* in thorace supra septum transversum, affectus fuerit. Ut differen-*tiat ostendat à thorace infra septum transversum, seu dia-* phragma, in quo jecur, ut in alio cor, concluditur. Hæc regio *corp*

corporis, vitalem utriusq; differentiae facultatem includit; cum vitalis totius, in corde resideat: vitalis et vitam partis dicta, ubique quidem, quia ubique vegetatio; sed sanguinis ab hepate in partes nutriendas influentis beneficio, debitum finem attingat.

*Caput vero, in quo cerebrum, ut ait lib. de arte, comprehenditur, Faculta-animalium facultatum, id est facultatis ad sensum totius, & ad tum ad sensum partis dictae, principium, aut potius sedes extat. Quia ut sensum ait, de cerebro loquens lib. de morb. sacr. Ac nosse convenit, non totius, & aliunde nobis voluptates, letitias, risus, & jocos, quam hinc contingere; itemq; dolores & molestias, tristitias & ejulatus: hacq; parte pricipue brum. sapimus & intelligimus, & videmus & audimus, & turpia & honesta cognoscimus, malaque & bona, itemq; que jucunda sunt & injucunda, partim quidem consuetudine discernimus, partim vero utilitate percipimus. Hac etiam parte & insanimus & deliramus, terroresq; & metus, partim quidem interdui, partim etiam noctu, nos circumstant: insomniaq; & errores intempestivi, & cure non convenientes: indeq; reru presentium ignoratio, desuetudo, & imperitia nobis provenit. Atque hec omnia ex cerebro contingunt; cum minimè sanum, sed natura calidius extiterit, aut frigidius, aut humidius, aut siccius, aut aliam quandam affectionem senserit. Sed & eodem libro. Cerebrum (inquit) si sanum fuerit, nobis que ab aere sunt indicat. Prudentiam vero ei aer subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus, & pedes, ea que cerebrum agnoscit, administrant. Quantum enim aere communicarit, tantum corporis prudentia & intelligentia accedit. Intelligentia autem cerebrum internuncius est, ut explicabitur inferius.*

Neque est quod aliquis, antiquiorem Hippocrate doctrinam nobis obtrudens, in corde & septo transverso quod *op̄ies* græci vocant, intelligentiae seu sensus, & rationis seu judicij, sedem esse proferat, cum ad varios animi motus tantum consentientia, Cor & septum transversum secundum eorum differentiam in corpore patiantur motus; relaxentur in gaudio, in tristitia contrahantur: utque ait ibi-sapiunt. *Septum transversum op̄ies*, gracis dictum, temere & fortuitò *sympathomem* sortitum videtur, & ex instituto, non revera, neque à natura: *ibice* tandem neque sanè video, quamnam vim ad prudentiam & intelligentiam iùm. *Septum transversum* habeat; praeterquam si quis ex insperato aut nimio gaudio, aut tristitia affectus fuerit, salit; & anxietatem preternuitate motuum exhibet: & quod in corpore vehementer distenditur,

A ij

4                  *Monarch. Microcosf. restitut. Pars II.*  
neque ventriculum habet, in quem bonum vel malum illapsum suscipiat, sed ab eorum utroque propter nativam imbecillitatem perturbatur. Siquidem nihil pejus quam cetera que in corpore insunt, sentit. Sed frustra hoc nomen, & causam habet, non secus ac que cordi sunt annexae aures appellatae, cum nihil ad auditionem conferant. Quidam autem nos corde sapere dicunt, quodq; ipsum tristitiam & curam sentit. Verum non ita se res habet: sed contrahitur quidem velut septum transversum, atque etiam magis ob easdem causas: ex toto enim corpore, ad ipsum venae tendunt, illicq; clauduntur, ut sentiat, cum quis dolore, aut molesto aliquo sensu contrahitur. Cum enim molestiam sentit, corpus inhorrescere & distendi necesse est; idemq; contingere, si Cerebrum quis summo gaudio afficiatur. Quamobrem cor præcipue, & septum prudentia transversum sentiunt; neutrum tamen prudentiae jus habent: sed bonus habet. *rum omnium cerebrum auctore est.*

Sed virgebit aliquis. Si cerebrum animalium functionum auctor sit; quomodo cor, sensus animalis, motusq; principium exterior sensus motusque sentientis naturæ in se se foveat, ac quasi animam tanquam ignitam cuius nunquam externi sensus: internuncius & supremus veluti judex, cerebrum extat. Ea enim è corde, in sensus exter nos, ignis radios agens, species in ijs recipit; & cerebrum eodem tempore illustrans, supremam in eo sedem intelligentie constituit; ac quasi pro tribunali sedet. Ea vero deficiente, in quavis parte, deficit sensus; quia ibi quasi deficit anima tanquam ignita.

Hac ratione, qua cor & septum transversum sympatheticè tandem sentiunt, ut superius dictum, neque prudentiae jus habent, sed mens. Aristotelis cerebrum; id esse, in quo anima sentit omnia, docet Arist. quod cum impotens fuerit esse sentire, cetera sensoria impotentia fieri necesse est. Cum vero illorum aliquid; non est hoc necesse: lib. de somn. & vigil. cap. 2. ideoq; somnum, qui nihil aliud est quam Somnus in cerebro functionum animalium cessatio, in eo fieri ait. Quod expresse mutuatus est ab Hipp. lib. de morib. sacr. vbi ait. *Hanc enim ob* fit. *causam cerebrum primùm sentit, quia in ipsum gravissimi, maximi,* præcipueq; lethales morbi incident, quiq; apud inexpertos difficile iudicium habent. Quia, ut dictum, eo quod primùm sentit impotentia, cetera sensoria impotentia fieri necesse est.

Verè

Verè igitur in cerebro, tanquam in supra corporis specula, residet animalis facultas interior, solis animalibus insita, & in homine etiam rationalis: id est, in ea parte, quasi pro tribunali *Nihil* in sedet. At quia *nihil* est in intellectu, id est interno sensu, quod intellectu prius non fuerit in sensu extero aliquo; seu ut ex Hipp. superius quod prius dictum, quantum aere communicari, tantum cerebro prudentie & non fuerit intelligentia accedit: oculi autem, manus, lingua, aures, & pedes, ea quae cerebrum agnoscit, administrant. Sic alia omnino necessaria fuit facultas, quæ exteriorum objectorum species in sensibus externis reciperet, aëris beneficio ad cerebrum deferendas. Illa autem est facultas ad sensum partis dicta; quæ in externis sensorijs primū exteriū sentit, hoc est species sensibiles recipit; in cerebro, seu eo quod primū interiū sentit, perfectè judicandas: cum sine ejus judicio non fiat sensus, ut dictum: quamvis uno ex dictis sensibus deficiente, non sic hoc necesse; ait Arist. id est, non sit necessarium, ut interior sensus, ad sensum totius dictus, deficit.

Hæc facultas, pro sensoriorum, seu sensuum diversitate, Externi quinque diversas patitur appellationes. Quinque enim sunt sensus sensus externi, totidem sensibilibus externis recipiendis à natura comparati: *Visus*, *odoratus*, *auditus*, *gustus*, & *tactus*. Quibus si addas *loquaciam*, quæ ore fit, qua, talium sensuum functiones enunciantur; & *conspirationem aëris*; quo, ut dicetur, foras & intrò ex sensorijs permeante, & ad cerebrum species objectorum per nervos impellente, sensuum functiones perficiuntur; meritò cum Hipp. 1. de viet. rat. Septem in homine cognitionis modos, seu *figuras*, quasi sensus, agnoscerre poteris: sic enim ait. Per septem figuram cognitione habetur. Hæc omnia tum homo litterarum gnarus, tum ruditus conficit. Per septem figuram sensatio homini contingit: *auditione*, soni percipiuntur; *visione*, manifesta cernuntur; *nasus*, odores; *lingua*, *suavia* & *insuavia* discernit; os sermonem format; corpore, calidi & frigidi tactus percipitur; spiritus intrò & foras permeat; & per hec, hominibus cognitione contingit.

Horum autem sensuum functiones, ut titè peragantur, & ex- Quomodo terna objecta eorum beneficio in cognitionem animantis deve- fiant, multa requiruntur cibilibet sensationi communia; præter partis, seu animam, quæ sensationum omnium principium internum haberi animalis.

debet, ut dictum, & peculiaria, ad conformatiōnem debitam, in quolibet sensu requisita. Primum est: *sensorium*, speciei sensibili proportionatum, suis nervis cum cerebro conjunctum: ut primū, ejus species in eo recipi, tūm per nervos quasi speciem alveos in cerebrum traduci possit: qui quidem nervi, syringodis naturae facti, aëre dum valent pleni sunt: ut ait lib. de arte,

*Nervi* his verbis: *Quidquid autem minimè coaluit, sive pellicula, sive carne aëre pleni ne tegatur, cavum est: quod dum valet, spiritu quidem; dum vero dum va- agrotat, sanie plenum est. Hi autem, ut recipiendis vbi vis sen- lent, dum agrotant suum speciebus expositi sint, totum corpus ijs interstinguitur, sanguine.* ut ait lib. de loc. in hom. his verbis: *Totumq; corpus nervorum plenum est.* Et hoc mutuatus ab Hippocrate Aristoteles lib. de spir. cap. 4. *Cutis (ait) tribus hisce constat, vena, arteria, & nervo, arterijsq; & venis, una semper natura per totum corporis habitum con- junxit.* Tertium quod requiritur commune omnibus sensorijs & sensationibus, medium latens existit, ex sensorijs exiens, & medium viam recipiendis speciebus aperiens: tum eas deferens in sensoria & nervos, è quibus in cerebrum evendantur. Hoc autem præstat aëris. Qui primū, ignis ope, & circulationum beneficio, calidus, per arterias, ex sensorijs, seu ex arterijs sensuum intrò foras permeat; id est, exteriùs, aut in partes internas, & sanguinem propulsatur, quasi medium latens exiensq; ex quovis sensorio; ut frigidus aëris, foris intrò, seu exteriùs, & è partibus & venis trahatur per sensoria, ad ignis nutritionem, & cordis ventilationem: qui quidem aëris, dum in arterias rapitur, in nervos mutua societate cum ijs hac de causa conjunctos subit; & ad illos externas internasq; objectorum species, seu figuræ secum defert, impellitque; è quibus, continua ejusdem aëris, internam nervorum cavitatem adimplentis motione in cerebrum, ignis sideream circulationem permeantis ope facta, seu in id, in

*Sensus aëre sit.* Hippocra- quo primo, anima sentit omnia, intelligentiag; judicem & internunciū mens. tis: à quo nervi, quasi illius venæ, ut mox dicetur, procedant, propagentur, & deducantur. Hinc ait lib. de oss. nat. *Nerve- rum exortus ab occipitio, juxta coxendicem, in pudenda, in femora, pedes, tibias, & manus.* Hac eadem de causa, superius dicta, quod scilicet, calidi aëris, per arterias, seu medij in sensorio, extra corporis partes, aut saltem sensorium permeantis expir

expiratione, frigidus aëris intrò trahatur & inspiretur, quo species sensibilis defertur, & impellitur in nervos & cerebrum, sensusq; operationes contingunt; seu, ut dictum ex I. de viat. rat. quod spiritus intrò, & foras permeet, & per hac hominibus cognitione contingat; ait 6. epid. sect. 6. text. I. Carnes, & ex ventre, & extrinsecus attrahunt. Indicat autem sensus ipse, totum corpus, tam intrò, quam foras, spirabile esse. Explic. Carnes, & ex ventre, & extrinsecus attrahunt. Id est, dupli respiratione in carnes aëris trahitur; inferiori, per ventrem venásque; & superiori, per arterias in externum corporis habitum desinentes; sed calidi excurrentes ab arterijs, & frigido aëri viam parantis, & ad sese trahentis beneficio: qui, dum in nervos fertur, & per eos in cerebrum, species sensibiles tum è partibus internis (ut in doloribus internis accidit) tum è partibus externis defert, queis sensus animalis fieri solet. Quod sequentibus verbis satis supérque patet. Subdit enim: indicat autem sensus ipse, id est, sensus animalis in parte, aënois dictus, totum corpus tam intrò, quam foras spirabile esse: frigidis scilicet aëris cuius ope, sensus in parte contingere debet: sed calidi, tum intrò, ad respirationem inferiorem; tum foras, ad superiorē, ex arterijs impulsū, & medij latentis in sensorio, quo, frigido aëri via struitur; qui, in nervos cerebrumq; species adducat, beneficio. Indéque rectè dictum superius: oculos, narēs, aures, &c. ea qua cerebrum agnoscit, administrare, seu species objectorum recipere; in cerebrum, per nervos, aëre deferendas: cui, quantum aëre (externo frigidoque) communicarit (exiens è sensorijs calidus aëris, mediumq; in sensorio latens) tantum intelligentie, id est sensus, accedit. Repetit eodem lib. de morib. sacr. & textu, in fine textus 21. superioris commentatijs allato, qui integer non importunè hīc repetetur. Cūm spiritum homo ore & naribus accipiat, primū quidem cerebrum petit, deinde magna ex parte in ventriculum fertur. Pars quidem ad pulmones; pars etiam ad venas; indéque per venas, ad reliquas partes dispergitur: quique ad ventriculum fertur, refrigerat; nihilq; aliud, quam ad pulmones delatus præstat (hisce verbis, duplex aëris respiratio clauditur, superior scilicet & inferior; ut dictum alijs) qui verò ad venas pervenit, cerebrum subiens, intelligentiam & motionem membris præbet. (His, aëris in cerebrum per nervos intrà utramq;

Pars II.

B

respirationem, vt dictum in explicatione textus superioris ex 6. epid. commercio, species deferri astrictur) ait enim. Aër qui ad venas pervenit, cerebrum subiens, seu aët qui in nervos, seu venas cerebro adjunctas, (vt mox dicemus ex Aristotele) attrahitur, & inde in cerebrum fertur, intelligentiam & motionem, id est, sensum, & motum animalem, membris præbet. Quare, prioris textus seriem continuans, subdit. Vbi pœnituta à venis, seu nervis, aërem excluderit, eumq[ue] minimè admiserint, voce defectum, & minimè intelligentem hominem efficiunt, id est, apoplecticum. Quod accedit, vt posterius dicetur, non interceptis modò nervorum principijs intrà cerebrum, sed remorato in arterijs cerebrum subeuntibus, à crasso humore, id est, atrabile interceptis, calido sanguine, seu igne; qui, cum calidum pellere non possit in venas cerebri, ad inferiorem respirationem; nec exteriùs; hoc est, nec in illius ventriculos ad superiorem; nec à sanguine, nec à ventriculis, id est exteriùs aërem attrahere potest, condensatis nimium meatibus, vt mox dicemus ex Arist. aut congelato cerebro, vt ait Hipp. lib. de morb. sacr. qui aët in nervos, & in arterias subeat: vt sic, eo in nervis, & cerebro, deficiente aut immoto, insensibile cerebrum fiat, & homo apoplecticus concidat; cum per aërem species objectorum, refrigerante & exsiccato nervorum principio, cerebro communicari non possint. Quod apertiùs ostendit lib. de viet. rat. in morb. acut. his verbis: *Resolutiones accident, si in eas partes fluxiones inciderint, & aëre exire nequeunte exaruerint.* Quis enim sensum, aëre calido, seu sensationis medio latenter exeunte, vt frigidus cum specie sensibili aët in nervos attrahatur, fieri non inde videat? cùm eo, exarescentibus, vt ait partibus sentientibus, seu nervis, ob ignis defectum, & arteriarum interceptionem à crasso humore factam, exire nequeunte, resolutiones contingent. Quod experientia confirmat lib. de morb. sacr. vbi sic effatur. Neque enim fieri potest, vt spiritus consistat (contentus scilicet in venis & arterijs aër) sed eum sursum ac deorsum, quasi foras seu sursum, calidus ex arterijs ad pabulum; intrò, seu frigidus deorsum in arterias; ad ignis nutritionem, cordis ventilationem, & in nervos, arteriarum comites assiduos, ad sensum & motum animalem ferri necesse est. Vbi enim intercipitur & sistitur, calidus scilicet aës;

qua

quo, dilatatione meatuum, frigidus per utramque respiracionem, in arterias advenit ad commoda supradicta, & in nervos ad sensum & motum subit; ea pars ad motionem (id est, motum animalem & sensum) impotens redditur. Cujus rei hoc est indicio, cum jacenti aut sedenti, venulae ita comprimuntur (per venulas arteriolas intelligit, ut dictum textu 23, alterius comm.) ut spiritus à vena non irrumpat, calidus scilicet; quo frigidus, cum specie, ad sensum, motumq; (ut dictum) attrahitur. Statim torpor occupat, paralysis imminentis internuncius, si citra causam externam contingat.

Respondebit fortassis aliquis: Hippocratem per aërem, quo *An* per species è sensorijs cerebro communicantur, ut ex eo dictum, aërem spiritum animalem intellexisse. Ridicula interpretatio: qua spiritus animales contra eorum naturam (si tamen naturam habeant) è cerebro non descendere in nervos, sed è venis in cerebrum ascendere, imo & exteriùs exire asseritur. Cum enim Hipp. ait resolutiones accidere, si in partes fluxiones inciderint, & aëre exire nequeunte exaruerint: lib. de viet. rat. in morb. acut. spiritus animales è sensorijs exire astrictur. Dum verò ait, aër verò qui ad venas pervenit, cerebrum subiens, intelligentiam & motionem membris præbet. Lib. de morb. sacr. spiritus animales è venis per nervos in cerebrum ferri. Nec dicendum Hipp. per venas, nervos simpliciter intellexisse; cùm etiam vasa circulatoria ignis intellegat: ait enim (necessaria ad motum animalem enumerans, potissimum aërem; à quo omnis impulsus, ut inferius explicabitur) lib. de oss. nat. Vena, aërem fluxionem & motum exhibent. Atque hec una unde incipiat, & ubi desinat, non satis mihi compertum est: circulo enim facto, principium non invenias. Quæ de venis & arterijs intelligenda quisquis non judicat, amens esto.

Nec ignota fuit Aristotelis, hæc aëris, ad sensus animalis productionem, ex sensorijs, foras calidi, & intrò frigidi, cum specie mens de conspiratio; quam mutuasse ab Hipp. facilè intelligere est: hunc sensu animali, enim aërem exeuntem è corpore, & latentem, medium latens in quocumque sensorio esse profitetur. Ait enim 2. de anim. cap. 7. Durum & molle per alia sentimus, sicut & sonativum, & visibile & odorabile: sed alia quidem eminus, alia cominus. Quapropter latet, quoniam omnia sentimus per medium, sed in his latet. Quod autem

B y

illud medium latens in sensorijs, aët calidus sit, per transpirationem ex ipsis, arteriarum ope exiens, aperte ostendit eodem libro cap. 5. loquens de odoratu, qui manifestius quam cæteri sensus respirationis ope sit; cum spiritum retinentibus, in quibus calidus aët non pellitur expiratione, ut frigidus cum specie odorabili, inspiratione trahatur, quemadmodum in cute, & cæteris sensorijs accidit, non fiat odoratus; vt nec cæteri in alijs organis sensus. Sic autem ait textu 98. Dubium videtur, si omnia quidem similiter odorent, homo autem respirans quidem, non respirans autem, sed expirans, aut retinens spiritum non odorat, neque eminus, neque cominus, neque si in nasum intus ponatur; & in ipso quidem positum sensorio, insensibile esse, omnium commune est: sed sine respiratione non sentire proprium est hominum, manifestum autem experientibus est. Quare que sanguinem non habent, quoniam non respirant, alium utique quendam sensum habent, præter eos qui diæti sunt. Quibus nullo negotio concluditur, non modò odoratum, sed alios sensus qui diæti sunt (ait Arist.) respirationis sensoriorum opera fieri. Quia vt dixit, sine respiratione non sentire, proprium est homini, quibus proinde, non respirantia, careant & sanguine carentia; quia interna illa respiratione, quæ per arterias fit foras & intrò, privantur. Quam, in fine capitulis 100. per arteriarum respirationem clare patefacit, loquens de odoratu, qui commune cum cæteris sensibus cooperimentum habet, quod respirantibus discooperitur, dilatatis venis & meatibus, vt ait: hoc est arteriarum beneficio, ad frigidi aëris speciem in sensorium, ex cōque, in nervos deferentis attractionem, calidum exteriùs pellentium; apertisq; sensuum meatibus, alioquin impervijs cæcisque. Pati ratione 2. de gen. anim. cap. 4. ait: Olfaciendi audiendique meatus, contingunt aërem externum, pleni spiritus nativi, ortique à corde, tendunt ac definunt ad venulas cerebro adjunctas. Hoc est, sensoria auditus & olfactus in externa corporis superficie, externum attingunt aërem, cum corde communicantia per arterias, à quibus igne profunduntur; qui dum exteriùs calidum pellit, aërem frigidum cum speciebus reportat ad sensoria, & ex ijs in cerebrum per nervos, quasi venulas è cerebro ad omnes sensus pertingentes. sed, & 3. de hist. anim. cap. 5. ait: Quibus à natura dati sunt nervi, sanguinem datum esse. Ut quemadmodum mutua aëris calidi & frigidii

frigidi intrō forasq; conspiratione, quæ per sanguinem, & pōtissimum sanguineis sit, sensus fieret, cujus instrumentum speciem cum aēre in cerebrum deferens, nervum esse naturæ placuit, & in omnibus sanguineis aedesse; ne aliquid frustra fecisse videatur. Manifestū loquitur 2. de part. anim. cap. 10. vbi ait: *Sensus etiam exquisitiores sunt, per partes quæ sanguinem habent sanguinarem (verum & calidum, seu ignem audit, ut sequentibus innotescet) sanguinis enim calidioris agitatio (interceptionē ignis, aut agitationem illius arteriarum interceptione factam intelligit: ut sequentibus verbis subdit, officium sentiendi intercipit, atque refringit.* Ut his textibus ex Aristotele certissimè constet, calidi sanguinis, seu ignis, aērem calidum per sensoria pellentis, tanquam sensationēm medium latens, ad frigidi cum specie, at tractionem, interceptione in arterijs, sensum deperdi; expirazione libera, contingere.

Nec suis destituta est experientijs hæc doctrina. Ac primō *sensum* oscitantes aut spiritum reddentes accipientesque (interiūs, in-animalē ter oscitandum, audiendum est) minūs audiunt. Quod fieri docet ex Arist. ex eo quod in oscitatione, spiritus, seu aēr calidus, ad exteriora corporis non deferatur, ut ex his spirationem habeat foras; & cum frigido aēre intrō subeante, speciem audibilem deferat in auditus sensorium, externum aērem attingens, ut dictum; quod respirationis ope arteriatum beneficio productæ, simul moveri solet ad sensationem. Indeque ait Arist. 5. de gen. anim. cap. 2. *Oscitantes etiam, aut spiritum reddentes accipientesque minūs audiunt, quoniam extreum sensorij auditus ad partem spiritalem terminetur (seu arteriam; est enim spiritale instrumentum)* & quatiatur moveaturque cum instrumento spiritali (arteria scilicet) quoties illud spiritum movet. Id est, aērem calidum intrō foras expellit, & frigidum cum specie aērem foris intrō trahit. *Movetur enim sensorium auditus, cùm movet instrumentum spiritale; id est, arteria.* Textus expressis verbis doctrinam superiū allatam confirmans.

Sectione undecima probl. art. 41. idem repetit, nec minūs expressis verbis: querit enim; *cur melius audiamus cum spiritum retinemus, quam cùm reddimus, ut minūs in venatione spirare præcipiamus.* Quod citra venationem singulis momentis exerciti

B ij

possimus; natura ipsa, quæ ex se docta est, ad experientiam illam sœpe sæpius ab intus nos incogitantes cōmoveente: si quid enim attentè audire percupimus, fortiter spiritum retinemus. Quod fieri hac de causa solet; quia retentione respirationis, quæ per pulmonem fit, aëris in corpus, neque per bronchia, neque per ventrem fertur; ut sic natura per superiorem partium exteriorum respirationem, calidum pellere, & frigidum per eandem aërem trahere cogatur, quo in sensoria exterius posita, facilius & magis apertis & dilatatis, ut supradictum, venis & meatibus, seu arterijs & sensorijs, species attrahuntur. Sic enim respondet in probl. vtrum quod per venarum (hoc est arteriarum) elationem, vis sentiendi (ignem, id est, instrumentum animæ, pro facultate audit) locum petit superiorem (id est, circulationi sidereæ subditas partes, in quibus fiunt sensationes, & sensus internus situs est) cum enim dormimus deorsum, se defert, (id est, ad circuitum lunæ facultate dictum) & crebrius tunc reddimus (per partes internas, quam ducimus (per externas) minimeq; audire valemus; cum in hisce partibus internis, seu ventre, non adsit auditus sensorium, nec sensus internus, omnium sensationum internuncius & judex.

Hac eadem de causa (ut vulgo fertur) qui in forti dolore spiritum retinent, non tantopere dolorem persentiant: licet sensum doloris augere videantur, augmentatione dispositionum in sensus productione concurrentium. Quia forti spiritus retentione, non modò augetur in partibus internis calor, sed ab externis respirare natura cogitur: unde quamvis doloris sensum augere videatur, ob causam superius dictam, cum ramen ad partes dolentes calidum afferat, quod non solùm sensationum medium, quo docta vtitur, existit; sed remedium, quod medicatrix, sedan-dis doloribus & demulcendis, ab intus applicat; dolori solamen hac ratione conciliat. Hoc novit Arist. probl. 9. sect. 27. vbi sic ait: *Causa verò cur homines dolentes suum retineant spiritum, est, quod omnes, inditis à natura nobis præsidij, aliquo detrimento affecti, sineulla cogitatione, viti solemus, ut etiam ceteræ omnes animantes: aliae namq; cornibus, aliae dentibus, aliae vnguis repugnant, seseque defendunt. Atqui ad dolores, vel omnes, vel certè plurimos, calor adjuvat; quem profectò is auget, qui suum cohabet spiritum, calefacit enim*

Insensibilitas totius corporis, quæ ob fortem arteriarum colligaturam contingit, huic doctrinæ mirum in modum favere videtur. Si enim arteriæ omnes ligentur in cerebri venas calidum pellentes, quo in earum cavitate sanguis liquatur & calet, ab eo separatur aës; qui, dum in arterias, simul in nervos aut potius nervorum principia, non secus ac ex ventriculis cerebri quasi exteriùs, & sic dupli respiratione, subit; cujus ope species ad cerebrum, seu, ad id quod primū sentit, propagantur ex sensorijs, in universo corpore sensus motusque deperditur: cùm id quod primū sentit fiat impotens esse sentire: ut superiùs dictum ex Arist. ac proinde cætera sensoria impotentia fieri necesse sit. Hanc novit experientiam Arist. Ait enim lib. de som. & vig. cap. 2. Quibus in collo vena apprehenduntur, insensibiles fiunt. Scio quid respondeant ad istam experientiam: arteriarum ligaturam impedire, ne in cerebrum vitales spiritus per eas traducantur, ex quibus generantur animales, functionum animalium instrumenta: quibus proinde in toto corpore deficientibus, sensum motumq; perire necesse sit. Sed certè quam vana sit & responsio, & tantorum spirituum, quasi satellitum, tyrannidem in cerebro usurpata monarchiæ animantis provincia exercentium productio, comprobare simul & semel difficile non est. Si enim ex impedito, animalium spirituum deficientium, in nervos inferiores corporis influxu, cessarent motus & sensus, ligatis aut interceptis arterijs in nervos partium cæterarum, earumq; sensoria, ignem è corde deducecentibus: & sic, aëre, cum sanguine, in ijs partibus immoto, id est, nec è partibus calido expirato; nec frigido, cum speciebus, inspirato in nervos & arterias, resolutions in partibus non contingenter. Quod tamen falsum esse experientia convincit. Ligatur enim & intercipiantur, v. g. in brachio, (ut aliquando contingere dictum ex Hipp. sedendo aut jacendo, venularum, id est arteriolarum compressione, ex lib. de morb. sacr.) arteriæ omnes, quæ per nervum alicujus partis calidum expirant; & dum frigidum in se trahunt aërem, speciem sensibilem in nervum cum eodem aëre reportant, adeò ut immotus in eo existat aës, cum sanguine in ejus venis, neque spiritus

*è venæ, seu arteria calidus erumpat*, (ait Hipp.) perit sensus, citra vllum spirituum animalium influxus detrimentum; sed ob calidi per arterias exspirantis defectum. Hoc in partibus gangrenæ vltimæ proximis, satis supérque experientia comprobari potest. Hæ enim ob ignis ex arterijs in venas partésque circulantis defectum, sensu omnimodè privantur, ipsaq; etiam earum nervi; quamvis ob siccitatem naturalem corruptioni vltimæ, magis quam cæteræ partes carnosæ, resistant; & integri inter partes gangrena laborantes appareant: ut sic, à denegato spirituum animalium commercio, sensus desperdi saltem in nervis non debat, si eorum ope fiat (quod tamen accidit) sed tantum deficiente, externi aëris, speciem in nervos adducentis, dum in arterias conspirantis, commercio; ob defectum arteriarum, interceptione à crasso humore laborantium; calidique absentia, utriusque distributionem recusantium. Et certè ab illa eademq; causa dependere debet resolutio sensus, à qua cætera symptomata quæ in partibus resolutis contingere solent, dependent; coloris nativi deperditio, id est pallor; atrophia, seu extenuatio. Quæ symptomata, cum vitalis facultatis in parte deficientis, non animalis, existant, à læsione arteriarum originem trahunt; parem, ac primarium symptomam, id est resolutio, causæ naturam fortientia; aut saltem in paralysi, vna cum nervorum læsione, quæ influxum spirituum animalium recusat, admittenda est facultatis vitalis per arterias influentis læsio: & sic, causæ multiplicandæ sine necessitate; quod fieri nunquam deberet: vel multiplicanda remedia sine necessitate, & cum ægrotantium discrimine.

Sensus deperditio, quæ in extremis quotundam elephantiasi *Leprosi* laborantium partibus, cum aphoniam, aliquando contingere visa *quomodo* est, non parum hanc doctrinam patefacit. Neque enim sentiunt leprosi illi, nisi quia crasso & atrabilario humore intercepta *sensu pri-* exterior cutis, calidi per arterias exhalantis ad frigidi aëris *ventur, &* species externas in nervos deducentis attractionem, vires elidunt; *aphoni-* vt, per inferam respirationem, seu quæ per ventrem venasque *fiant.* fit, aut superiorum pulmonis, universum aërem sibi conciliare, necesse sit; & in partibus internis tantum sentire: quo ramen aëre, nec in ea copia, nec celeritate, quæ naturæ ad functiones anim

animales exequendas necessaria sit, in corporis spiracula subeunte, eò maximè, quod aër ab atrabilatio eorum sanguine quasi terro difficeretur separetur & moveatur, aphoniam contingere necessarium sit. *Æquum enim est ut, quemadmodum resolutio fit à calce ad carcera*, ait Arist. 2. de gen. anim. cap. 4. Resolutio loqua, quæ ultima functionum animalium in animante com- à calce ad paratur, prima pereat; ut cordis respirationem, quæ nascenti carcera. animali prima accedit, ultimam, eo è vita discedente, perire, experientia comprobatur (deficiente nimis impetum faciente, seu aëte, ut posterius dicetur, & amplius in pathologis.) Nec leve etiam est, speciei cum aëre in respiratione sensoriū, in nervos, & per eorum cavitatem in cerebrum subeuntis argumentum, quo sensus fiat, citra auxiliare in spirituum animalium operam, cum, integra in moribundis quibusdam animali facultate in cerebro existente, qua ratiocinantur eximiè, sensus pereat in partibus inferioribus corporis, nulla tamen fluxione è cerebro per nervos descendente (ut in paralyticis fieri putant.) quia vis cordis ad partes externas, omnemque circulationem siderum facultate dictam, calidum pellere non potest, ut cum frigido species ad sensoria, & ex ijs per nervos in cerebrum reportet. (Hincq; etiam plerumq; obdormiendo emoriantur homines; igne in internis circulationis lunæ facultate dictæ parti- bus concentrato, & ad sensoria calidum pellere impotenti.)

Quod non solum corde varijs cæterarum partium morbis consentiente, sed propria affectione laborante accidere contingit. Inflammato enim in gravibus peripneumonijs corde, quia hæc inflammatio, convulsis majoribus arterijs venisque prope cor, & calido sanguine ad superas corporis partes per arterias ascendente retento, & quasi conculcato fit: & sic, immotum cum sanguine in cerebro aërem, ob ignis defectum præstante (ut pluribus probat Hipp. lib. de motb. in pathologicis perfectè tantum enucleandis) apoplexiā, aut paralysim sensus & motus, secundum majorem aut minorem inflammationis vehementiam contingere certum est, ut nobis experientia innotuit, recteque ait Hipp. text. 401. sect. 2. Coac. xia. & pa- Quibus autem, una cum corde pulmo totus inflatur, ita ut in la- inflam- mato cor- de apople- xia & pa- tis incubar, y toto corpore nervorum resolutionem sentiunt; & sine sunt.

Pars II.

C

*sensu jacet æger frigidus: secundo autem, aut tertio die interit. Quod si contingat, ut cor nihil tale patiatur; diutius vivunt: nonnulli etiam servantur.*

*Historia,*

Cæteras quæ præsum agentibus sæpius occurunt experientias, quibus hæc doctrina illustrior innotesceret, silentio involutas ad pathologica Hippocratis differo. Vnam afferre mihi liceat, quam universæ spirituum animalium è cerebro per nervos descendantium in sensoria, & ex ijs species sensibiles per eandem viam mira celeritate reportantium scientiæ silentium imponere judicabunt pervicaciores, de moniali p̄fissimâ, vigesimum ætatis annum. vix agente, temperamento sanguineo ( si ita loqui fas sit) prædicta, qualo, ex evexia, polysarchia & rubro corporis colore conjicere licet, vndecima Iulij mensis, anno 1654. Sanctospiritus, apoplexia levi laborante: quæ, vertigine prægressa, sui argumentum vix ediderat; cum ægrotans, caput ad cubile inclinans, sensu, mente, motuque, subito capta fuit. Post breve temporis intervallum, motus rediit, sed in initio convulsivus, sine sensu tamen in toto corpore, & cum aphoniam: tandem voce restituta, & motu in omnibus corporis partibus liberò, sensus resolutio à claviculis ad cæteras partes extremas & infernas perseveravit, in principio quidem tam valida, ut ægrotans, graviora in partibus externis, manibus scapulis & potissimum pedibus tormenta non persenticeret. Quod mirum videatur omnibus spiritus animales tanquam instrumenta facultatis animalis in animante reputantibus, cum, illis, sensum deperdi non posse integro motu, nisi ubi varia est nervorum inseratio, aut duo nervi, alius ad sensum alter ad motum, persuasum existat; quod tamen hic afferere inutile videri potuisset & vanum; cum omnes omnino partes, externæ saltem, sensu destitutæ integro motu adfuerint. Humorem autem è principijs nervorum, per eorum cavitatem fere insensilem, in extremas externæ cutis nervolorumq; partes defluentem, pro tanti symptomatis causa in jus vocare, fabulam magis quā veritatem medicam sapit. Hoc autem symptoma neque à me, neque ab alio cui ego communicaverim, ad hoc usque temporis auditum, hanc veritatem apertissimè confirmavit. Humorem nimurum crudum & crassum, ascendentē arteriam intercipientem apopl

apoplexiæ causam fuisse, in crassum & fuliginosum aërem natu-  
ræ beneficio ignisq; opera solutum, & in exteriores partium  
resolutarum arteriolas in circulatione siderum facultate sitas  
protrusum & concretum; vt ait Hipp. lib. de flat. à quo, impe-  
dita corporis externa respiratione, insensibilitas oriunda erat:  
cò quod, obstructis vt dictum ex Arist. meatibus, & corporis ve-  
nis, id est arterijs, calido aëre exire nequeunte, & sensationum la-  
tente medio, sensibile possum supra sensorium externum tactus, non  
faceret sensationem: quamvis interius sentiret, libera existente,  
vt per venas, sic & per partes internas aëris variusque, hoc est  
foras calidi, & intrò frigidi conspiratione, vt posterius affere-  
tur; motu etiam integro existente: quia motus, non solum ab  
aëre exterius in nervos conspirante quemadmodum sensus exo-  
ritur, sed ab aëre è venis in muscularum nervos, id est, fibras  
nervosas subeunte easq; flestente, vt sensus partium internarum,  
vt mox dicetur. Quam veritatem ex hoc præ cæteris dignos-  
cere mihi licuit: toto enim affectionis hujusc decursu, præfo-  
catione laboravit ægrotans, difficulter spiritum trahens, & quasi  
anhelans; pulmone nimirum & ventre, arterijs externis aërem  
recusantibus, vix illum suppeditante: vt inde necesse fieret,  
respirationis quæ per pulmonem & ventrem fieri solet vsum  
maximè adaugeri. Neque curatio aliam causam patefecit. Ea  
enim communibus remedijs à me in vsum revocatis, miro na-  
turæ motu contigit, quo, sub varijs corporis partibus maximè  
sub spina dorsi, magnus vesicularum rubratum ignem æmulan-  
tium, ambustisq; vix differentium numerus, cum dolore prodijt:  
certum, exereti ex arteriolis, ope calidi fortioris, humoris inter-  
cipientis argumentum: cuius retentione, sensum omnimo-  
dè fere defecisse exterius, non secus ac in elephantiasi con-  
staret.

Dicet aliquis: Si aëris in sensoria, respirationis arteriarum *Cur pul-*  
*ope, permeantis motione foras & intrò facta, sensus contingat:* mones fe-  
*cur pulmones, in quibus manifestam intrò & foras aëris conspi-* <sup>re insen-</sup>  
*crationem fieri natura voluit, sensu fere preventur?* Respondeo:  
pulmones miro naturæ consilio fere insensiles fuisse constitutos,  
ne facile intrà continuos motus, continuis vexati doloribus, in-  
flammationem, sanguinis calidi attractione, conciperent. Has

C y

de causa, dispati quam cæteræ partes ratione aërem trahunt; neque in nervos quibus destituti existunt, sed in bronchia adducunt; è quibus, dum per venam arteriosam trahitur, in dextrum cordis ventriculum ad superiorem pulmonis respirationem & utriusque ventriculi divisionem subit; per arteriam venosam expirandus. Quæ quidem arteria venosa in externa pulmonis circumferentia fruticans, paucum, in nervos peregrinos, exteriores fere membranam ambientes, venæ arteriosæ calidum in eam pellentis beneficio, aërem suppetit; quo pleni pulmonis nervi, apti ad sensum hac in parte fiunt. Vena enim arteriosa calidum in extremas pulmonis oras, sed lene, tum propter situs distantiam, & ignis in ea decurrentis, & ex dextro cordis ventriculo mutuati debilitatem expirans, aërem ab internis pulmonis & costarum recessibus quasi exteriùs, aut ab illius substantia, vna cum doloris specie trahit, per nervum ad cerebrum deducenda: vt ita exiguis exortiatur dolor; vix pungens, sed sua renuitate deficientes parvusq; in pulmonibus dispositiones ad sensum, prohibens. Paro consilio, ne intrà continuas ossium motiones, sævi dolores ingruerent, natura venis & arterijs orbavit interiùs ossa, vt & nervis: nec enim, vt dictum in altero commentario text. 19. intrà partes siccissimas & durissimas diutius permeare potuisset ignis., aëris ex humido prodeuntis commercio destitutus; quo absente, sensum nullum in partibus esse competet. Quamvis dentes, venis & arterijs ad aëris utriusque calidi scilicet & frigidi, foras & intrò conspirationem; & nervis, ad specierum cum aëre receptionem interiùs præditos, sensu exquisitissimo interiùs donari, sæpiusq; dolore sola sentiunt. dentis extractione placibili, experientia comprobetur.

Nec sola specierum receptione in sensorijs (vt commentarij sensus in nostri seriem denuò tandem sequamur) eorum respiratione facilius est, cetera sensus fit; sed eæ ad cerebrum tanquam intelligentiæ, id est & quo modo. sensuum judicem, vt ait lib. de motib. sacr. & internuncium, deferti debent, vt dictum. *Quod quidem, si sanum esse contigerit, nobis quæ ab aëre fiunt indicat.* Seu, de specie in sensibus recepta, & Prudenter in cerebrum delata judicat. Prudentiam vero, id est vim rectè nia ab aëre judicandi, ei aëris subministrat, vt ait ibidem. Quia nimis, ne sit, cum aëris respiratione pulmonis attrahitur, ad cerebrum primum defert

defertur, quo movetur, ac quasi in diastolen elevatur, & refrigerium acquirit, quo ad animales functiones exercendas habile redditur; hoc est prudens efficitur; sanumq; (ut dictum) esse contingit: quod sic effatur lib. de motib. sacr. Cum quis spiritum ad se attraxerit, primùm quidem in cerebrum defertur: itaque in reliquum corpus aër dispergitur, in cerebro suum relinquens vigorem, & quidquid habet prudentia & mentis. Quod si primùm ad corpus deveniret, postea ad cerebrum, relicto in carnibus & venis indicio, in cerebrum calidus adhuc, & minimè sincerus, sed carnium & sanguinis humori permixtus subiret, proindeque neque amplius purus esset. Quocirca cerebrum intelligentiae internuncium esse censeo. Explic. Cum quis spiritum attraxerit (per respirationem pulmonis ope factam) primò in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aër dispergitur, in cerebro suum relinquens vigorem. Id est, antequam aëris in bronchia, & per ea in cordis vasa subeat, primùm ad cerebrum defertur, quo interius in cerebro gravitante, cerebrum palpitat & salit; sed & refrigerium habet debitum & naturæ suæ proportionatum, ut ignem ad superas corporis partes evolantem retundens, prudentiæ & judicij capax evadat: sicq; subdit: & quidquid habuit prudentia & mentis. Quod si primùm ad corpus deveniret, postea ad cerebrum, relicto in carnibus & venis indicio. Id est, quod si aëris respiratione pulmonis attractus, prius ad venas partésque corporis accederet quam ad cerebrum, & refrigerium in carnibus relinqueret, seu indicium, quasi ideam; & si per illud verbum, speciem sensibilem intelligat aliquis, & per cerebrum, nervos; quos cerebrum elongatum esse dicunt: si transpirationis ope, prius in arterias quam nervos subiret cum specie sensibili frigidus aëris, relicta in carnibus & arterijs venisq; specie, ut & frigiditate, inutiliter ad cerebrum deferretur. Quia, ut subdit, in cerebrum calidus adhuc, & minimè sincerus, sed carnium & sanguinis humori permixtus subiret, proindeque, neque amplius purus esset; nec cerebro, puritatem suæ frigiditatis, & speciei sensibilis communicaret excalefactus & impurus existens ob permixtionem cum sanguine & carnibus aëris; quam puritatem cum prudenti naturæ consilio impertiatur, dum in cerebrum primùm, ac proinde tenuior puriorq; defertur aëris exterius; sic concludit hac de causa Hipp. his verbis: Quocirca, cerebrum,

Motus cerebris ab aëre fit.

*intelligentie internuncium esse censeo.*

*Interno- Receptas itaque in cerebro species, sensus totius, sive inter-  
rum sen- nus, primusq; interiorum sensuum, communis dictus, externo-  
suum e- rum veluti centrum, ad quod omnes collineant, discernit; tum  
númera- proprias, à proprijs; tum communes, figuræ, magnitudinis, &c.  
tio. à communib; quas phantasia alter sensus, vltériùs exagitat &  
examinat; & phantasmata varia, brutis & homini communis ef-  
format; cui præterea, ex anima rationali facultas nobilior ac-  
cedit, intellectus, quo res apprehenduntur & cognoscuntur, vt  
& voluntas; qua, ad ea quæ per intellectum sub boni ratione  
cognoscimus, deferimus. Tandem cognitas species (aut æsti-  
matas in brutis) memoria retinet, & conservat, in brutis & in  
hominibus; qui vltériùs, supra bruta, ex vnius, vel plurium  
rerum in memoria affervarum notitia, in vnius non promptè  
occurrentis recordationem regrediuntur, reminiscientia fa-  
cultate.*

*Passionū Has internas sensus totius dicti, seu facultatis animalis inte-  
animi nu- rioris functiones, appetitus duo sequuntur, è quibus animi motus  
merus, & (passiones vulgo dicti) brevi temporis spatio oriuntur: qui,  
characte- non in corde & hepate, vt fertur; sed in cerebro, tanquam fa-  
res unde cultatis ad sensum totius dictæ progermina situm habent con-  
petantur. cupiscibilis & irascibilis nuncupati. In quibus tamen, mirum in  
modum saliunt cor, & septum transversum; & anxietatem pra te-  
nuitate motuum exhibent, vt ait lib. de mort. sacr. Ignis autem  
secundùm varias illorum differentias, in varias corporis partes  
Concupi- defertur, & utriusque passionis characteres efformat. Concu-  
piscibilis ap- plicabilis appetitus passiones existunt amor, gaudium, spes, deside-  
petitus. rium. In quibus, ita ad extremas corporis partes evolat ignis, vt  
totus fere in circulatione, siderum facultate dicta, aliquando ap-  
pareat cum sanguine. Tunc verè,*

Ovid. in ----- in vacuo pectore, regnat amor.

Hyper. Quia,

*Sanguis abit, mentemque calor corpùsque relinquit.*

*Gaudium verò cor relaxat, ait Hipp. 6. epid. sect. 5. text. 8. lux jovi  
tenebra orco. Odium fuga tristitia, ejusdem sed contrarij superio-  
tibus facultatis concupiscibilis existunt motus. In quibus, ad  
internas corporis oras magis defertur ignis, corumque cha-  
ract*

racteres, interna circulatione lunæ facultate dicta, magis quam externa effingit. *Lux orco, tenebrae jovi.* Quibus omnibus, ira, stimulus accedit, facultatis itascibilis unica passio, utrasque roborans, ac quasi omnium calcar; igne valido, è corde fervente, omnes circulationes, eodem quasi caloris gradu percurrente, sibi proprium characterem efformans. Verèque in ea, sol ad longissimum & brevissimum accedit; rursus hæc: lucetque & jovi & orco æqualiter. Indéque Hipp. ait 6. epid. sect. 5. text. 8. *Præceps atque acerba iracundia, cor & pulmonem in se, & in caput calorem & humorem attrahit.* Quia cum in ira valido igne furiat in corde animalis natura, meritò pulmonem & cor in se attahere debet; cor quidem, ut eo contracto, ignis non modò qua data porta, in arterias ruat, ex ijsque in corporis partes, sed & aët facilè in cordis auriculas ex arterijs rapiatur; quo ignis foveatur, & cor ventiletur. Pulmonem, verò, ut liberalis expiratio fiat calidi è corde in eum exhalantis, quo pulmo incandescit: dum fortis in cerebrum & superiores corporis oras facile evolans ignis; calore, sanguinem, seu humorem, eumque tenuorem ad cerebrum trahit; quo rubent oculi, dum cerebrum effervescit.

Hi appetitus, facultates motrices appellari possunt in animali Facultas mente, sed quæ per modum imperantis se habeant, non secus ac motrix. priores, id est, sensus interni, totius dicti, per modum dirigenis. *Quia* ut ait Arist. de mot. anim. cap. 4. Bibendum mihi concupiscentia dicit: hoc autem esse potabile sensus dixit, aut imaginatio, aut intellectus; mox babit. Neque appetitus motum imperat, nisi boni captandi, aut mali fugiendi cognitione ab intellectu percepta. Tum alia insurgit facultas, quæ imperanti obsecundans, Imperans. animales, id est voluntarios, ignis motu, & aëris impulsu & gravitate exequitur motus. Quod ut facilius intelligatur.

Scire convenit motum voluntarium fieri, flexione musculosarum partium, se se versus principia contrahentium: quam nervi, *Quae re-* seu fibræ muscularum, syringodis naturæ, in se adductæ pa*quirantur* riunt. Indéque ait Hipp. 4. epid. text. 44. *Nervos, id est (fibro-* *ad motum ani-* *sfas muscularum partes.) in se contrahi, id est fletri, id indicat. malem.*

*Siquidem manus nervi, id est fibrosæ muscularum manus moven-* *tium partes, superiores, vulnerati, id est præcisi, fuerint, manus ab in-* *terioribus nervis, hoc est ab oppositi musculi, fibris, tracta, deorsum*

inclinabit, contra verò aliter continget. Ad eum autem, ide t' motum animalem perfectè execendum, multa requiruntur. *Firmitas & rectitudo;* ne intra infirmos & indirectos motus, animanti detrimentum accedat. Hæc autem potissimum præstant ossa. Connexio partium musculos componentium, maximè fibrosarum; ut simul & semel omnes motui alicui subservientes, ad principium contrahantur; ne aliqua alteri impedimento fiat. Hanc, carnes & cutis, colligatione partium, operantur. *Laxitas;* ut facilitas in motu contingat. Quam sanguis è venis in partes musculosas accurrens, conciliat. *Aër;* qui interiores siciorum fibrarum cavitates subeat, & flexionem earum diffusione sua & gravitate producat. Quem aërem, vene exhibent. *Ignis* denique qui omnia moveat, sanguinem excalefaciens & liquans ad muscularum laxitatem, & aërem diffundens intrè fibrarum musculos flectentium cavitatem, ad gravitatem. Quem ignem, arteria suppetunt. Iudéque ait Hipp. lib. de oss. nat. *Ossa corpori firmitatem & rectitudinem præstant. Nervi flexionem contractionem & distensionem. Carnes & cutis, omnium colligantiam, & connexionem. Vene per corpus diffusæ, spiritum, seu aërem, fluxionem, seu sanguinem venæ scilicet; & motum exhibit; arteriae nimirum ignem qui omnia movet, vt ait i. de viet. rat.*

*Quomodo* Sed dicet aliquis: cum in venis secretus non existat aëris, sed aëris in aquæ, seu sanguini permixtus, quomodo per venas in nervos nervos sine sanguine & secretus pervenire potest, ut sic ad sensum & subeat ad motum aptus existat, & nervi naturalem obtineant statum? cum sensum & vt dictum ex lib. de arte, quidquid minimè evaluit, sive pellicula motum. (vt nervi & fibroæ muscularum partes) sive carne tegatur (vt cor) dum valet, aëre plenum sit; dum verò agrotat, sanguine. Respondeo: venas sanguinem deferentes, aërem nervis præbere secretum à sanguine, non secus ac aërem ambientem externum, sed arteriarum beneficio, quæ, vt calidum pellunt in sanguinem & exteriùs, ad duplēm respirationem, sic frigidum ex utraque, aërem secernunt & trahunt: qui non modò in arterias, sed & in nervos ijs adjunctos accedit, speciem ad sensum defert, diffusus, id est, ab igne rarefactus & gravitans, id est, muscularum partium resistentiam & gravitatem evincens, eas interius inflans & in latum adaugens, flectit eas in longum, motusq; animalis causa evadit.

Quod

Quod enim musculosarum fibrarum flexio ab aëte internat earum cavitatem adimplente, & ob diffusionem à forti igne factam, gravitante fiat, dictum in commentario in librum de corde, vbi Hipp. ait, *cor muscularum esse non nervo, sed carnis crassamento.* Quia aët ad cordis motum, non intra insensilem fibrarum cor interstinguentium cavitatem diffunditur, & rarescit, ut eas flectat; cum illæ, concavæ id est syringodes non sint, ut veri nervi, & fibræ musculos componentes, sed in ipsa ventriculorum cavitate parietes cordis interius propellit, & in hoc; disparti ratione ac in fibrosis musculorum partibus nervisque; ut sic verè cor sit *musculus non nervo, sed carne tantum.* Quod etiam ab aëre talis flexio fiat fibrarum musculos componentium, docet ulterius lib. de car. vbi de aëre in fœtum ob matris *musculus.* conspirationem subeunte loquens, omnem motum in fœtu, ab eo aëre fieri ostendit, his verbis: *Puer dum in utero est spiritum qui in puer calidissimus est, ubi sanè mater respirat, in cor attrahit. Quinetiam hoc calidum* (id est, aët qui in puer calidissimus est, ut dictum) *reliquo corpori, & omnibus alijs partibus motum præbet.* Amplius dictum superius: ex lib. de morb. sacr. *Aër verò qui ad venas pervenit cerebrum subiens, id est, aët frigidus qui è venis & sanguine, aut exteriùs, duplicitis respirationis ope in nervos fertur calidi, viam aëri frigido facientis beneficio diffusus, intelligentiam & motionem membris præbet; id est, sensum motumq; animalē producit.*

Nec Aristoles alias voluntariorum motuum causas assignat, Aristotelis quām prædictas, id est, ignem nativum, qui per circulationem, mens de in fibrarum musculosarum cavitates aërem trahit, diffundit; *animalis quod gravitante ad principium recurrent & flectantur, hanc doctrinam ab Hipp. mutuatus.* Ait autem cap. 6. lib. de motu animalium. *Quod movetur quidem non natum autem movere, potest pati ab altera virtute movens verò, necessarium est: habere quandam virtutem & robur. Omnia autem animalia videntur, & habere spiritum connatum, & ab illo robur accipere.* Qua igitur conservatio connati spiritus, dictum est alibi. Hoc autem ad principium animale similiter se habere videtur, velut in flexibus signum, quod movet & movetur ad immobile. Quia verò principium his quidem in corde, his autem in proportionali est: propriea & spiritus connatus hic esse

Pars II.

D

videtur: utrum verò spiritus idem sit, aut semper fiat, alter sermo sit: alias enim idem est, & de alijs partibus. Videtur autem se habere percommode, ad id quod est motivum, & robur prebere. Nam opera motuum, sunt pulsio & tractio. Quare oportet instrumentum angere posse & contrahi, talis autem est spiritus natura. Etenim sine violentia contracta, & tractiva & pulsiva est, propter eandem causam: & habet gravitatem ad ignea, & levitatem ad contraria. Oportet autem id quod debet mouere, non alteratione, tale esse. Dominantur enim se invicem secundū excessum naturalia corpora. Leve quidem deorsum à graviori devictum; grave autem sursum, & à leviori. Qua igitur parte anima movet, dictum est, & propter quam causam.

Quibus facile constat, non modò voluntarios motus ab igne

*Quod mo-*  
*veatur ab*  
*aliopati-*  
*tur.*

& aëre fieri, sed quoscumque alios in animali, vt integri textus explicatione clariùs innotescet. Quod movetur quidem, non natum autem mouere, potest pati ab altera virtute; id est, omne quod

movetur à principio extrinseco, neque à sua natura aptum est, vt sui motus principium extet, vt cor, arteriae, musculi, & quæq; partium ( citra ignem ) in animante existentium, potest pati, seu motus principium agnoscere, alterius moventis virtutem. Movens verò necessarium est, habere quandam virtutem & robur in se. Omne verò quod à seipso movet, debet habere virtutem & robur in se, id est, intrinsecè; vt, dum cætera movet, ipsum à seipso moveatur. Omnia autem animalia videntur habere spiritum connatum, & ab illo robur accipere. Omnia autem animalia, sensus & motus à sua natura expertia, igne, id est, connato spiritu, constare videntur, à quo virtutem & motum habeant.

*Ignis con-*  
*servatio*  
*fit ab aë-*  
*re.*

Quia ignis omnia movet, i. de viet. rat. Que igitur conservatio conservati spiritus dictum est alibi. Hujus ergo ignis connati omniumq; motuum authoris conservationem, diximus alibi ab aëre potissimum fieri, in cor arterias partesq; eo donatas conspirante, quo ut primum constat connatus ignis, sic spiritus connatus nuncupatus, existat. Hoc ergo ad principium animale similiter se habere videtur. Hic ergo spiritus connatus, id est: nativus ignis, motus animalis principium esse videtur: similiter, id est, aërem ad nutritionem suam respirans. Velut in flexibus signum, quod movet, & movetur ad immobile. Cujus rei certum existit indicium muscularum motus, id est flexio. In ijs enim, aér ad ignis nutritionem

attract

attractus & diffusus movet, seu flectit, v.g. internos brachij musculos; ut sic, ad principium recurrentes, contractionis brachij causæ fiant. Dum interea movetur, seu cedit in externis & oppositis muscularis, ignis, valido influxu destitutis, ad eorum quietem, aut potius relaxationem; sicq; ad immobile. Quia verò principium, his quidem in corde, his autem in proportionali; propterea & spiritus connatus hic esse videtur. Vtrum verò spiritus idem sit aut semper fiat, alter sermo sit: alias enim idem est, & de alijs partibus. Ignis natu-  
ræ sedes.

Quia verò in animalibus sanguineis cor, in exanguibus quid cordi proportionale existit, totius naturæ principium, id est, pars corporis princeps, connatus ignis ut anima tanquam ignita, in ijs esse videtur, è quibus, ut in civitate bene legibus instituta, ut ait 7. ejusdem libri, suo influxu, id est igne, cæteris partibus unus veluti monarcha sufficiat. Qui, si idem semper sit in corde & partibus ignis, aut alijs fiat semper, hujus loci non est pertractare, cum hoc solùm scire sufficiat, vtrumque vnius & ejusdem in quavis parte ut & corde esse naturæ. Videtur autem se habere percommode, ad id quod est motivum, & robur præbere. Commodo ergo in hacce parte corporis seu corde, monarcha sedet, nec procedit separato, ubi semel in corpore constiterit ordo, necessarius est ad motum corporis & robur; id est, quem adesse oporteat singulis quæ sunt, sed propter naturam sit, & quia natum unumquodq; sic constitutorum facere suum opus, ut ait ibidem Arist. ignis opera tamen, & influente semper principe corporis parte, ad cæteras eadem donatas virtute, seu igne. Opera enim motuum, pulsio sunt & tractio. Quamvis enim motuum localium, id est lationum quadruplices existat differentia, ut videre est apud Arist. 7. Physic. sum. Lationum differen-  
tie.

3. text. 10. Tractio, pulsio, vectio, vertigo. Animales motus ad pulsionem & tractionem reduci congruum videtur, cum vectio motus sit, qui in animali à seipso non competit, cum per accidens in eo, & ex eo fiat, quod in eo sit, quod vectione moveatur, & sic vehatar. Vertigo autem ex pulsione & tractione composita existat latio; ut ait ibidem Arist. partes autem corporis naturam constituentes, vel pulsione moveantur, cor, arteriæ, humores; (quorum humorum naturalium motus, impulsio dici debet; cum movens id quod movetur non relinquat; ut ait ibidem Arist. superflorum & præternaturalium, expulsio; quia movens, tandem id quod movetur relinquat.)

D. ij

musculi in flexione; versus principium, ad motum voluntarium;  
~~ut~~ tractione, humores ad partes, pro earum nutritione. Quare oportet instrumentum augeri posse & contrahi. Qui motus locales, id est lationes, pulsus scilicet & tractio, ab agente immediato, seu instrumento fieri debent, quod non secus ac partes movendae, cor, v. g. arteriae sanguis ad pulsum impulsu[m]q[ue], augeri & contrahi possit; id est, auctum, in pristinam naturam facessere possit, & tranquillitatem habere, ut in systole cordi; sanguini in somno, in partibus externis; musculis in relaxatione contingit. Ut ita primum, cor arteriae in pulsu, concavae muscularum fibrae in motu voluntario dilatatae & instrumenti ad motum localem à natura instituti, interius agitantis diffusione veluti gravidae, contrahantur in longam; tum eodem tranquillitatem adepto, in longitudinem naturalem protensa constringantur, & relaxentur à motu; sanguis impulsus rarefacit; quietem habens, detumescat. *Talis autem spiritus est natura.* Hoc autem solum praestare potest à sua natura aëris, in internas cordis arteriarum & fibrarum muscularum cavitates attractus, & in sanguine latitans; eo enim, dum valent, replentur concavae partes, ut dictum ex lib. de arte; aqua autem, seu sanguis, potentia aëris est. *Etenim sine violentia contracta, & tractiva & pulsiva est.* Nulla enim violentia contingente, aëris contractus, id est, citra vim in animalium partibus coercitus & conclusus, nec liberum habens exitum & diffusus, vt mox dicetur, pulsivus in corde & arteriis muscularis; in sanguine ad partes trahentes impulsivus, & expulsivus, & sic tractivus existit. Et propter eandem causam, habet gravitatem ad ignea, & levitatem ad contraria. Hæcque ut praestet, id est, muscularis ad principium flectat, sanguinem ad partes nutritias & trahentes impellat, cordis arteriatumq[ue] parietes ad Aëris habet pulsum, habet gravitatem ad ignea & levitatem ad contraria: id est, gravitas ad valido igne per eas partes circulante diffusus, ita rarefit, ut gravior, seu fortior partibus gravibus ipsum intimius coercientibus evadat, earumq[ue] gravitatem, vim & resistentiam evincat, sua velutilevitate constricta gravitans. Et levitatem ad contraria. Neque solum diffusione sua, varios animalis producit motus; sed tranquillitate sua, cessante diffusione, cedit seu levitat, sine violentia; & ad pristinam naturam reddit, ad contrariorum veluti imper

imperium, seu gravitatem, ignisq; cum moventis & diffundentis defectum. Dominantur enim se in vice naturalia corpora, secundū excessū, leve quidem deorsum, à graviore devictū; grave autem sursum, & à leviori. Cum enim perpetuus in naturalibus corporibus dari Motus non possit motus; necesse est, ut se invicem dominantur natura- <sup>perpetuus</sup> lis corporis partes, secundū excessū: id est, prout in aliqua, ignis excesserit imperium habens, & omnia movens, ea moveri <sup>non datur</sup> debet. Leve quidem deorsum à graviori devictū. Aëris qui omnia impellit ab igne diffusus, deorsum; seu cedere debet, graviori cordi in systole; muscularis, in relaxatione; sanguini refrigerescens, imminuto in ijs igne à quo diffunditur aëris: grave autem sursum, & à leviori: id est, muscularum fibræ, cordis parietes, sanguinis, seu quid aëre graviora, à leviori aëre gravitante, sursum; dum aëris, ab igne ut dictum diffusus, gravitatem partium superat & evincit: eodq; magis in muscularis, quò nervi, quibus natura ad motum voluntarium vtitur, crassiores & duri, aëris exhalationem per cæcos fere meatus recusant: ut inde, tantum duritie <sup>Nervi</sup> ad motum apti, & ad sensum inhabiles existant; quantum molliores mollitie sua quæ aëris foras & intrò conspirationem faciunt, molles lius permittit, ad sensum apti, ad motum inepti sunt: hoc illud <sup>duri ad motū appetitus.</sup> ad sensum attestante Arist. 2. de anim. cap. 5. ubi ait: Duri enim carne, inepti sum. mente; seu sensu. Molles autem carne, benè apti, textu 95.

Intellectu ergo motum aliquem voluntarium suadente, (etc- <sup>Quomodo</sup> nū imaginatio & sensus communis eundem intellectui locum ha- <sup>fiat ani-</sup> bident, ait Arist. lib. de mot. anim. cap. 3.) imperantēque appe- <sup>malism-</sup> titu (voluntas autem & ira & concupiscentia, omnia, appetitus sunt, <sup>tus.</sup> ait ibidem Arist.) statim in muscularis consentiens advolat ignis, ut ait lib. de alim. confluit sanguis ad laxitatem, attractus in fibra- rum cavitates aëris ab igne diffunditur, id est, in partibus fibrosis rarefit, dilatatur, & gravitat: id est, earum resistentiam superat, eas tendit, & inflat; ut ita recurrent ad principium, seu flectantur, & contractione in longum facta, extendantur in latum; dum in oppositis muscularis extensio sit, aëre interiora fibrarum dilata- tante, ad muscularum extensionem, seu gravitatem, ignis omnia moventis imminutione ac quasi diffensu, in pristinum statum sese reducentium, levitante; sive à graviore devicto, ut dictum ex Arist. Si vero in oppositis etiam, muscularis v.g. brachij, aëris ad-

D ij

*Resolutio-* ignea eodem tempore gravitet, tonicus exurgit motus; & bra-  
chium æqualiter rigidum & tensum evadit. Inde ait Hipp. 2. de  
*morb. Partium resolutiones;* & motus impotentiam fieri, sanguine per-  
nes partium frigerato. Quia ut venæ, sanguine, laxitatem conciliant, sic aëre  
quomodo diffuso impulsu. Quæ omnia ab igne movente pendent: ut  
fiant. non mirum sit, perfrigerato sanguine ob arteriarum intercep-  
tionem, motus impotentiam evenire; & spirituum animalium  
ad motus voluntarij productionem machinas concidere.

*Exanguis* Exanguis natura vanitatem horum spirituum manifestè  
*mōventur* convincit. Divulsa enim; & capite, è quo influere deberent ad  
*sine spiri-* motum spiritus animales, truncata, non modò vivunt diutiùs,  
*tu ani-* vt ait Arist. 4. hist. anim. cap. 7. sed ijsdem, ac integra, motibus  
*mali,* agitantur; vt dictum textu 19. alterius commentarij ex lib. de  
incestu animal. cap. 5. Quia ut ait ibidem. Perinde illorū quodcumq;  
est constitutum, ac si quippiam ex multis compositum conjunctumq; es-  
set animalibus: id est, cor in media eorum parte secundum lon-  
gitudinem protensa, vegetantium instar, & cordi sanguineo-  
rum proportionali habet; cuius ope, dum attractus in partibus  
ad motum comparatis aët diffunditur, motus in animante con-  
tingit, capite etiam truncato; vt hac etiam ratione inquit Arist.

*Corpus* Corpus detracto capite progreedi non temerè credi posse. 3. de part.  
*detracto* anim. cap. 10. Quod tamē hīc importunè obtrudere nolim,  
*capite pro-* ne simile quid contigisse victimis extracto corde ambulantibus  
*gredivo posse* respondeat aliquis, vtque in his, ob ignis reliquias in partibus  
*creditum.* motui voluntatio destinatis, extracto corde restantes, quo,  
paucō tempore moveantur; sic in illis, ob spirituum animalium  
copiam in musculosis partibus agitantem, & impellentem: quod  
tamen in insectis affirmare ridiculum videretur; cum ea, capite  
truncata, nec tamen discesso in longum corde, vñā cum corpo-  
ris partibus, longo temporis intervallo moveantur; & veluti in  
plura per divulsionem evadant animalia, non secus ac rami ar-  
borum divisi, evadunt vegetantia.

*Vanitas* Quod si præter supradicta ex Hipp. Aristotele experientia,  
*spirituum* deprompta, quām utilis & vana sit spirituum animalium ad  
*animalium* productionem motus sensusq; animalis excogitatio, & supradi-  
*ratione* cetas causas agnoscere quām necessarium existat, pathologica  
*demon-* demonstratur. ratione simul & semel demonstrati quis velit, hoc argumento,  
quod

quo superior monialis historia confirmabitur, fieri validissimè poterit.

Si sensus & motus animalis fierent à spirituum animalium in partes, sensui & motui producendo à natura comparatas, influxu per nervos facto; sequeretur, nunquam in eadem met parte simul & semel complicari posse resolutionem sensus & convolutionem, v.g. in brachio, pede: at contrarium evincit experientia, hanc ipsam attestante Hippocrate i. epid. ægr. 13. In muliere cui in littore decumbenti, trimestri fætu grida, celeriter (ait) lingua voce defecta est, manus dextra non sine convulsione elanguit, quale quid in partium resolutionibus levibusq; siderationibus contingere solet. Vnde necessarium est, ut circa spirituum animalium influxum, fieri possint sensus, & motus animalis. Prob. maj. vbi est sufficiens spirituum animalium copia ad sensum (cæteris suppositis) ibi semper debet fieri sensus: at vbi sufficiens existit ad convolutionem, ibi semper sufficiens est ad sensum: ergo debet semper fieri sensus. Nec per consequens, complicari nunquam potest resolutio sensus, cum convulsione. Prob. minor. vbi sufficiens est spirituum animalium copia ad motum, ibi sufficiens est ad sensum: quia ex Arist. movere est agere, sentire est pati; in motu major virtus necessaria est, quam in sensu. At vbi satis est spirituum animalium ad convolutionem, satis est ad motum; quia convulsio motus est, à voluntario in hoc solùm discepans, quod circa voluntatem fiat; licet in ijsdem partibus, & ab eodem instrumento interius operante: ergo vbi sufficiens existit spirituum animalium copia ad convolutionem, sufficiens erit ad sensum; nec complicari proinde poterunt resolutio sensus & convulsio in parte quadam. Dicent fortassis: quod etiam si in eodem, v.g. brachio, fiant paralysie & convulsio, ratione tamen duplicitis nervi, aut insertionis duplicitis, paralysim sensus in externa resoluta contingere, in interna vero irritata convulsio nem. Sed contra: sequeretur enim inde, nunquam in ijs partibus in quibus nervorū non est diversitas, nec propaginum nervi varia insertio, complicari posse sensus paralysim cum convulsione: quod est falsum. Nam sic, nunquam complicari posset paralysie universalis sensus, cum convulsione: quod tamen evenit in moniali, cuius historia superius allata, ab ipsis affectionis sue primordijs.

Cum enim hæ affectiones vniuersales sint; sic principium nervorum intrà cerebrum, in ijs affectum esse necesse est, quo imponenti, cætera sensoria impotentia fiant, vt dictum ex Hipp. lib. de morib. sacr. in quibus nervorum principijs, nulla in sentientes, saltem tactus, & motrices, admittitur distinctio; vnde sic licet ratiocinati: vel ad principia nervorum sufficiens quantitas spirituum animalium communicaretur ad motum, vel ad sensum tantummodo; si ad motum, ergo & ad sensum (cæteris paribus) ob rationem superiùs ex Arist. dictam: si ad sensum solummodo; ergo insufficienter ad motum: vt ita, nunquam complicari possit paralyfis sensus cum convulsione. Absurdum ingens & experientiæ contrarium. Quorum complicatorū symptomatum tum vniuersalium, tum particularium, hæc ratio affectur à nobis ad Hippocratis & Aristotelis mentem, vt sciendi avidis, pathologica expectantibus, quadam ex parte satisfaciamus.

*Complicationis paralysis & convolutionis ratio.* Diximus superiùs corporis partes duplii respiratione frui: externa, quæ aëte exteriùs attracto fit, ab igne calidum exteriùs exhalante; interna, quæ, attracto è ventre per yenas & partes aëte fieri solet. Hic autem utriusque respirationis aër, dum per nervos arteriarum comites in cerebrum fertur, species tum externas, tum internarum partium, vt in doloribus internis, in id, seu sensuum judicem & internuncium, defert. His ergo arteriis in utraque parte interceptione laborantibus, quæ nervis aërem vñā cum igne recuset, sensus motusq; deficit, immoto in nervis utriusque respirationis extante aëre: externis autem solidis, internis sese rectè habentibus, sensus resolutio in parte externa contingit; interna sensum & motum habente: vt ita, aliud pereat sensus, illæso motu, vt in historia monialis supra sensus ille dictæ experientia constat: motus enim ab aëte per inferiorem lassitudinem, venarum conspirationem in nervos potissimum permeante, & contra ab igne diffuso exoritur. Internis autem venis obstructione à crasso humore laborantibus, & vel sanguinem parcè exhibentibus, vel aciorem cum copioso sanguine aërem præbentibus, convulsio, vel convulsivus in parte motus exoritur, sensu superstite: quia muscularum carnes, vel ex defectu sanguinis ob venarum interceptionem aut inopiam deficientis exsiccantur,

&amp;

& ad principium vnā cum fibris eas flectentibus recurrent; & fit convulsio: vel aëris acrimonia irritantur interiùs; & convulsus accedit motus: qualem contigisse putandum in muliere epidemiorum.

Deficere autem in eadem parte non potest omnimodè sensus v.g. in brachio, id est, tum interiùs, tum exteriùs, motu superstite etiam convulsivo, nisi vel læsione primi sentientis putà cerebri, ad quod, licet species è parte convolutionem patiente non secus ac è naturali motu prædicta deferantur, ut in dormientibus & apoplecticis, à cerebro tamen, seu judice ligato & impotenti non discernuntur: neque enim fieri potest, vt vbi sufficiens existit ignis cum aëre ad motum, insufficiens existat ad sensum. (Licet tanta in convulsione laborantibus contingat aliquando partium convulsarum siccitas & induratio, non secus ac in phreneticis quibusdam, in quibus inferioris corporis nervi, ad superiorum nervorū cerebri siccitaté à forti igne facta & convolutioni proximam ita consentiunt, ut per partes externas aëris cōmercium recusent, & leprosorum more fere sensu priventur.)

Sensus etiam fieri potest in parte interna & externa citra motum, cum ad sensum, simplex aëris in nervos, ex ijsq; in cerebrum commercium necessarium sit, quod levi igne fieri potest: ad motum animalem, præter aëris & specierum cum eo commercium, ejus diffusio valida, id est, gravitatio, ut dictum ex Arist. necessaria sit, quæ musculosarum partium gravitatem evincens, eas inflet, & ad principium flectat; quæ ibi fieri non potest, debilis ignis in partes movendas deferatur.

Resolutio vniuersalis cum convulsione cōplicari etiā potest. *Resolutio*  
*Vt enim interceptis omnibus cerebri arterijs ob ascendentis ar-*  
*teriæ obstructionem congelato, vt ait Hipp. lib. de morb. sacr.*  
*sanguine in venis cerebri, & aërem principijs nervorum recu-*  
*sante, apoplexia contingit; sic crasso humore eas arterias inter-*  
*cipiente evicto & in venas nervorum cerebri nutriculas, vel ju-*  
*gulares protruso, nec tamen cerebro adhuc multum incalente,*  
*generatur paralysis sensus vniuersalis, & complicatur*  
*convulsio. Quia arteriæ in venas obstructas tunc temporis ca-*  
*lidum pellunt, aërem ex ijs, & è ventriculis seu exteriùs, &*  
*ita duplicitis respirationis beneficio, in cavitatem nervorum*

*Pars II.*

E

*univer-*  
*lis cum*  
*convulsi-*  
*ne compli-*  
*catur.*

adducunt; cuius ope & motione, licet species ex sensorijs ad cerebrum deferantur, sensus tamen non fit: quia illud, id est cerebrum præ frigiditate, & aëris sanguinisque in eo quiete, impotens adhuc existit: motus tamen convulsivus exortitur; quia ignis validus, in principia nervorum eorumq; cavitates subiens, & attractum in ijs aërem validè diffundens, principia nervorum flectit; & ita, cum siccitate, convulsionem; cum irritazione, convulsivum motum in toto corpore principij nervorum affectioni consentiente, citra sensum animalem fieri contingit. Cujus rei hæc demonstratio videtur esse. Cum, apoplexia ut plurimum curari soleat: vel expulso ex arterijs humore crasso, ignem quasi *animam* in cerebro intercipiente, aut in os, aut in ventrem; unde cessa simpliciter affectio, vel in partis alicujus arterias; quæ, vt hac occasione, vel nervis partem flectentibus ad motum animalem, vel solum aërem cum specie sensibili differentibus in cerebrum, aërem ignemq; denegant, sic paralysim inducunt, pro ratione organi laborantis diversam: vel expulso, aut in venas jugulares & nervorum cerebri nutriculas, aut partis alicujus inferioris voluntario motui dicatae humore crasso, quibus interceptis, exsiccatisque, aut irritatis nervis, id est, fibrosis muscularum partibus, vel nervorum principijs in cerebro, convulsiones, vel convulsivi motus in toto corpore, aut in parte, fieri solent: ut pluribus in pathologicis demonstrabitur.

*Somni & vigilia- rum vi- ciſſitudo neceſſa- ria.*

Has omnes exteriorum interiorumque sensuum functiones peragit animans, dum ignis (vt dictum) animæ instrumentum, in partes hisce exequendis à natura confectas, præcipue motum habet; quo tempore, vigilare animans dicitur: sed quia animales has operationes continuè fieri æquum non erat, ne in exteriorum sensuum operatione, perpetua ignis in eos motione, dissipatæ interius vires, cito langueret & extingueretur animal, extinctione caloris in partibus vitalibus, vigilarum & somni necessaria animanti vicissitudo fuit. In vigilijs, delatas è sensorijs species recipit sensus communis: ut nec immetitò quis, vigilias sensus communis actionem vocare possit; qui in somno & vigilia no quietem habeat, sitq; vt ait Arist. lib. de som. & vigil. cap. I. quid. *Pafſio ſenſitiva particula, ut vinculum & immobilitas quædam; ſeu ceſſat.*

cessatio sensus communis & primi, & exteriorum sensuum, salutis animalium gratia facta, cum vigilijs opponatur; & extrema semper & in alijs, & naturalibus, circa idem susceptibile, fieri videantur.

Hæ sensus communis affectiones, æquè ac superiùs dictæ Quomodo sensoriorum functiones, ab igne è sinistro cordis ventriculo in fiant. externam internamq; corporis circumferentiam per vices circulante procedere videntur: vt sic, ignis semper quasi vigilet, id est operetur, nec nisi defuncto homine quiescere possit. Ut enim ait lib. de insom. *Animus* (id est, ignis) semper vigilat, & ignis cum quidem corpori subministrat, in multas partes divisus, sui tantum rationem non habet (siderum facultate circulationem pergit, seu means) sed singulis partibus partem quandam distribuit, sensibus nimirum ad audiendum, videndum, tangendum, agendum, ambulandum, denique ad omne corporis obsequium, adeoq; ipsa mens sui solum rationem non habet (id est, adeoque ignis partium interiorum, in quibus potissimum sedem habet, vix curam habere videtur) cum vero corpus quiescit (lunæ facultate circulatione dominante) animus movetur (interius scilicet ut subdit) & in corporis partes subrepens, domum suam regit, omnesq; corporis actiones obicit. Neque enim corpus dum dormit sentit: ipse vero vigilans cognoscit, que sub visionem cadunt & auditionem; videt & audit, tangit, secum cogitat, quemcumque corporis aut animi officia, ea omnia per somnum animus peragit.

Quomodo autem ab igne orientur hæ affectiones, pressius de. somnus monstrari si querat aliquis, facili negotio intelliget. Cum enim & vigilia vigiliæ sensus communis, vt extenorū sensuum actiones existant, ab igne orti debent; quia ignis omnia movet, ait Hipp. 1. quomodo fiant ab igne, ad de viet. rat. Hic ergo, in circulationem siderum facultate di-Hipp. Etiam elatus, species cum aëre in sensoria & nervos trahit, & mentem, continua aëris ejusdem, in nervorum cavitatibus agitati motione, ad cerebrum defert; quod quidem, si in statu sano esse contigerit, & igne in illud circulante perfusum, species ulterius movet, discernit, judicat, vigiliasq; producit. Si vero ignis internam lunæ facultate dictam circulationem percurrat, vel vi crassi humoris cerebrum ejusq; vasa potissimum arterias, intencipientis, ad illud deferri prohibeatur, immoto existente in eo aëre, vt & sanguine, specieq; sensibili, somnus exoritur: qui, si

E ij

sola ignis in partes internas devoluti ad tenuioris aëris præ-dam vicissitudine ( ut maximè de nocte fieri solet ) non verò præ-cerebri obstructi ignemq; recusantis *impotentia* contingat vt dictum , & ait Arist. lib. de som. & vigil. cap. 2. *naturalis* habetur ;  
*Somnus naturalis,* sin verò, *præter naturam*. Indéque ait Hipp. 2. de morb. *Vbi vena & præter* ( cerebri intelligit ) *pituitam ad se traxerint, pituita frigiditate vti naturalis.* nunc sanguis magis quam antea sistatur & refrigeretur, necesse est.

(Nam præterquam quod cerebrum à sua natura frigidum & igni- è corde in illud circulant refrigерando natum, vt ait Arist. 2. de anim. cap. 7. si illud pituitæ obstruentis frigiditate & crassitie, ignis ex arterijs in cerebrū permeantis cōmēcium omnimodè recusat, vel plusquam pat fuerat, imminuat, frigidius evadit , & ita rectè subdit.) At non moto sanguine ( id est ab igne intrà cerebrū non calefacto ) fieri non potest, quin corpus quiescat, & profundo somno veluti alto sopore, detineatur. Quia ex immoto, id est, frigido sanguine, per infernam venarū cerebri respirationem segregari non potest ab igne aër, qui species in illud per nervorum principia deferat ; sicq; ait 2. de viet. rat. spiritum diffusum in somno tranquillitatem habere ; id est aërem, quo species deferuntur in cerebrum , ab igne prius diffusum & segregatum quiescere , id est, ad pristinam cum sanguine è quo excitatur vniōnem deduci , & simul refrigerari. Amplius, lib. de inter. affect. ait : *Quæ somnum conciliant, ea sanguini quietem per medicamentum præbere inserviat.* oportet. Quia sanguine in venis cerebri quiescente, id est, refrigerato, excitari non potest ex illo aër ( vt dictum ) qui species in cerebrum moveat ignis beneficio, & ita sensus omnes quiescere necesse existit.

*Somniratio ex Ari-* Nec ignota fuit Aristoteli , hæc circa somni naturam doctrina, quam ab Hippocrate mutuatus videtur. Lib. enim de som. & sioste. *vigil. Somnum esse* ( ait ) *conventum quendam caloris, & naturalem circumobſtentiam, unde deficit, & infrigidatur ( cerebrum audit ) & propter frigiditatem concidunt palpebrae, & superiora quidem infri-gidata & exteriora, interiora aerò & inferiora calida, ut quæ circa pedes & intrinsecus. Sed & 3. hist. anim. cap. 19. Dormientibus porro ( ait ) sanguinis copia partes exteriores deserit, subitq; interiores, ita ut cultello adacto non aquæ effluere posset. Quibus satis supérque circulatio lunæ facultate denotatur , qua somnus naturalis fieri con-*

confuevit. Amplius, probl. 15. sect. 33. Quin etiam (ait) cur dormiamus, hæc eadem ratio est. Cum enim vigilia motus sit, qui membra sentiendi officio accommodata, magis cum vigilamus, exercet, constat somnum accedere posse, cum eadem illa membra quiescant. Cum vero vis ignea sit, quæ membra corporis nostri movere possit, & hac intentus se contrahat, circumfistatq; in somnis caput relinquent, quod sensus retinet omnes, tunc maximè sensuum sedes quiescere possit. Quæ quidem causam afferat dormiendi. Textus expressis verbis doctrinam superiùs allatam complectens.

Dicet aliquis: cur inferiores corporis partes, seu pedes, in cur pedes somno calent, ut dictum in textu superiori ex Arist. cum illæ ab in somno externa, id est siderea circulatione somno contraria incalescant? Respondeo: hoc ignis consensu & vicinitate contingere, ut dictum textu 19. alterius commentarij. Dum enim circulatio lunæ facultate dicta sit, inferiores corporis partes huic circulationi viciniores facile in consensum trahuntur, ignemq; ad partes internas & infernas se contrahentem, ut ait Arist. suscipiunt; ut ita magis quam de die calecant, quo tempore ignis ad superiores potissimum partes ascendit numerosioribus vasibus refertas & tenuiorem aërem attingentes.

Hæc doctrina, circa vigiliarum & somni naturam, sensibus est somni conspicua. Dormientibus enim venter calet, ut & articuli & carnes ratio ex-vigilantibus; unde inquit Hipp. 6. epid. sect. 5. text. 5. Labor articulis & carnibus confert (Quia hisce partibus per circulationem perientia stratur. siderum facultate dictam, ignis lucet) ut & visceribus (per internam oppositamq; qua, ijs conferunt) cibus & somnus. Pallet facies: sanguine, ut dictum ex Arist. interiora corporis cum igne subeunte, externis derelictis. Quia rursus hæc, ait Hipp. 1. de vīt. rat. Corpus concidit & sternitur. Igne, quo aërem ad superas & ultimas corporis partes nervosas movente, easq; tendente attollitur, & rectitudo corporis comparatur, ad intima concentrato. Hincq; ait Arist. lib. 2. de part. anim. cap. 7. Somnus à cerebro proficiscitur, ijs quæ eam obtinent partem animalibus: quæ autem carent ijs, proportionale suppetit. Cum enim sanguinis aëantis affluentia refrigeretur à cerebro, aut etiam alias ob causas similes, caput aggravatur. Et quidem sopiti ea corporis parte solent tentari; atque efficitur ut calor ad imam unam cum sanguine subterfugiat. Collectaq; copia

E iij

*caloris ex loco inferiore somnum facit, & facultatem erigend icorporis aufert ab yis animalibus, que, erecta, incidere natura voluit. Ceteris caput erigi prohibet. Amplius: superæ corporis partes in somno frigent, dum infernæ incalesceunt. Quia immotum cum sanguine aërem in cerebro, seu eo quod primum per aërem sentit, esse necesse est, ad somni productionem: qui sola ignis circulantis absentia, immotus fieri potest. Recteque ait Hipp. hac de causa 6. epid. sect. 4. text. 12. Somnus in loco frigido, stragulis corpori injectis capiendus. Ut scilicet aët frigidus, respirationis ope in cerebrum attractus, ignem illuc moveri prohibeat, ac quasi è cerebro repercutiat in partes inferiores: qui quidem ignis si ad exteriorem loci calorem consentiat, exteriora & cerebrum facile petet, vigiliasq; producet: stragulis tamen corpus munendum; vt blandus vegetantis naturæ calor in partibus insitus demulceatur & foveatur, omnimoda caloris externi absentia intra sœvam frigidioris temporis inclem tam superandus. Quia in re, verè est quod miram moventis intrinsecus doctæ naturæ providentiam quisquis intelligat, quæ homines cogit, vt nocturnis horis, aut quo tempore somnus obrepere incipit, pileolo caput primum muniant, ac (vt ita loquar) quasi stragulis in caput injectis frigus arceant, tum cæteras partes evestiant; matutinis vero horis à somno excitati, & è lecto surgentes, pedes tibialis, pannis, aut linteis, quasi stragulis, priùs defendere meditentur. Ut sic, in eas partes in quibus primum deserit calor injiciantur stragula. Quia in re verè homines, vt ait Hipp. i. de viat. rat. ex manifestis obscura in considerationem adhibere non noverunt. Ignorant etenim, quod artibus viantur humanae naturæ similibus, divina namq; mens edocuit sua opera imitari, cognoscentes quæ faciunt, & ignorant quæ imitantur. Quid plura? Genitura in somnis aliquando profluit, ait Arist. Sternutamentum cessat. Flatus ab infera corporis parte, ventre scilicet, erumpit. Quia cessante in cerebro igne omnia movente, sternutamentum quod ab eo ciebatur, desistit; eoq; ad internas partes aërem movente, per ventrem expellit, vt in sternutamento per nares: in vasis autem spermaticis aërem diffundente, ex illis semen excutit. Indéque, cum corpus rarum est, ait Hipp. aph. 63. sect. 5. vt per illud aër nimium exhaler, semen ejaculari non potest natura: sicq; ait Arist. probl.*

probl. 15. sect. 33. *Dormientibus autem calor intus circumobsistit, quamobrem ima dormientium partes, calidiores redduntur, spiritusq; nubundat, quæ quidem res causam habet, cur genitura in somnis p̄e libidine profluat. Merito igitur dormientes non sternutamus. Cum enim calor secedat capitis, qui ejus partis humorem natus movere aptus est, quo in æra extenuato, sternutamentum exultat, affectionem consequentem illam obvenire non posse consentaneum est. Crepitus tamen inferius, ructusq; superius dormientes magis quām vigilantes extrudimus.*

*Causæ somnum producentes mirum in modum supradictam somni rationem, id est, ignis in cerebro deficientis, & aërem vñà cum sanguine ad partes internas trahentis motum attestantur. Pedem calefactio: quæ aërem in partibus infernis attenuat & monstrat calefacit, ut ad illius p̄ædam sollicitatus ignis, relicto cerebro ad partes internas, & inferiores, moveatur. Externa frigida fronti admota: quorum ope frigiditas in cerebro, de igne circulariter influente salutis animalium causa triumphans, ad partes internas infernasque circulationem agere cogit. Ciborum repletio, maximè in cerebrum vapores efferentium: qui in eo, humiditate, ignem superant, & viam igni circulantí hac in parte quasi occludentes, ad inferam detrudunt circulationem; simili ratione ac in apoplexia & epilepsia contingere solet: vt inde inquit Arist. somnum epilepsie similem esse, & ideo accidere multis somnis dormientibus principiam hujuscē passionis; & dormientes capi, vigilantes verò non; lib. de som. & vigil. cap. 4. Adde quod in ventris repletione, calidior è ventre in venas tanquam è terra stercorata effertur aér, qui ignem ad interna sollicitat. Labor quidam immoderatus, p̄æsertim deambulatio, quia vehemens labor vñà cum igne sanguinem ineoctum ad partes trahit, quo tandem ignis evictus potissimum in cerebro, ad partes internas repercutitur. Adde quod in deambulatione magis patiuntur pedes, & sic ignis ad eos maximè movetur, superioribus partibus derelictis, ut somnus inde exoriatur. Naniformes & magna capi- Naniformes som- ta habentes exiguasq; venas, qui propter hanc constitutionem quæ mes nolentii. circulantis per venas potissimum cerebrī ignis vites effringit, quo etiam debiliore in venis p̄ædicti sunt, & apoplexiā facile incurunt, somni amatores valde sunt. Manifestas: verò habentes*

venas, non somnolenti propter causam contrariam, ait Arist. lib. de som. & vigil. cap. 4. fœtus verò quia continuo, in aqua fluctuat, fere continuò dormit.

*Cur in quibusdā melan-cholicis somnus fortis sit, in alijs verò nul-lus.* Dices: si somnus ab igne in internam circulationem com-meante exoriatur; quomodo in melancholicis, nullus aliquando fere obrepit somnus? Respondeo: melancholicos (si ita effati liceat) esse duplicis differentiæ, alij enim humorem melancholicum per lienem bene dispositum expurgant; alij verò liene laborante humoris metastasim in cerebrū patiuntur. Hi fere nunquam dormiunt, eo quod deficiente, in lienis obstructione laborantis arterijs igne, serosus sanguis (melancholicus dictus 6. epid. sect. 2. text. 29. qui pervigiles & pavidos facit) vñà cum igne metastasim habet in cerebrum, ex sua natura, frigidi & humidi metropolim, à quibus vigiliæ fere continuæ exoriuntur. Quia tenuis humor, à levi etiam igne facile in cerebro movetur & incalescit; motoq; facilis, in eo, sanguine; & aëre, species moveri necesse existit; quo tempore vigiliæ fiunt. Indeq; Arist. lib. de som. & vigil. cap. 4. Melancholici (inquit) non somnolenti; infrigidatus enim est locus interior (id est regio ventris; vt sic, refluxat ad cerebrum, ignis cum tenui sanguine) quare non sit ipsis multitudo evaporationis, qua sistatur ignis cerebrum subiens, qui multus hac de causa in illud metastasim habet, frigido, ob atram bilem, facto ventre, vt & liene: vnde subdit Arist. Atra verò bilis cum naturaliter sit frigida, & nutritivum locum (id est ventrem) frigidum facit; & alias particulas, potissimum verò lienem, illius fontem. Alij verò, in quibus humor serosus in lienem attrahitur, facilitatione dormiunt: liene, numerosis arterijs nullatenus interceptis, ignem ad internas corporis partes deferente. Has lienosorum differentias, hisce verbis obscurissimis comprehensit Hipp. 6. epid. sect. 2. text. 30. Quibus lien est declivis, seu inferiùs, ijs pedes, genua, & manus calent, nares & aures, semper frigent. Videlicet igitur num idcirco tenuis illis sanguis, num vero & natura tamen habent. Et textu 32. ejusdem; cuius hæc versio, Foësiana fidelior erit. Lien durus, non superiùs. Inferius teres. Longus, latus, crassus, tenuis; minus his, qui gravedine ex cerebro laborant. Explic. Lien duobus modis considerari potest: vel durus & iusta, id est non superiùs; vel nato, id est inferius, seu declivis, id est per internas partes

*Lien superiùs & inferius.*

partes corporis serosum humorem expurgans & trahens, cuius, id est, aquæ, fons existit, ut dictum ex 4. de morb. quibus autem talis existit lien, teres esse debet à propria conformatione, hoc *Lien* *teres* est, in longum rotundus: quam constitutionem & proportionem ut perfectam obtineat, ratione lineæ, longus esse debet; ratione superficiei, debitæ latitudinis; ratione corporis, crassius; ut utraque dimensione teres existat. *Tenuis* autem dicitur, quia ichoroidem, tenuemq; sanguinem expurgat & trahit, ut dictum; unde ait: *minus his qui gravedine ex cerebro laborant.* Quia in gravedine laborantibus tenuis, seu serosus, ad cerebrum defertur humor, qui ad inferiores partes, seu nares defluens, gravedinem seu coryzam producit: unde talibus minus tenui humore repleatur; & proinde minus teres existat lien. Quibus autem hujuscem constitutionis lien adest, seu quibus *lien est declivis*, pedes, genua, & manus calent; nares & aures semper frigent. Igne per arterias lienis nulla obstructione, seu duritate laborantis, ad interna & inferiora, seu ventrem, magis quam ad superiora, seu cerebrum, vergente; quo incalescant inferius, superius refrigerentur: his autem facilè somnus accedit; tenui illo sanguine, quo, naturâ prædicti sunt, lienis recte dispositi beneficio, expurgato, nec ignis in ejus arterijs circulationem remorante, ut ad superas partes metastasin facilem habeat; qui proinde ignis vix difficeret in cerebro sistitur, ab humoris & cerebri innata frigiditate, levi de causa evictus, & quasi ad intima repercussus. *Quibus autem lien est durus, seu non superius, ab obstructione, quæ ignis in liene vires imminuat, & in cerebrum, id est superius, vnâ. cum tenui sanguine obrepere cogat; in hisce, difficilis somnus existit.* Quia facilis, tenuioris hujuscem humoris est in cerebro motus ab igne; ut sic, somnus vix unquam conciliari possit. Sed dices: cur ait ibidem Hipp. *lien durus, non superius;* si in liene duro ad superas partes, seu venas cerebri, rapiatur humor? Quia lien venas habet in ventrem, seu stomachum per vas breve decumbentes, è quibus expulsus humor, per superiora, id est per vomitum educitur; quod contingere tantum in naturali lienis constitutione potest: ut sic *lien declivis, seu inferius, teresque, verè superius* existat; seu per superiora, ex infernis tamen & intimis corporis partibus, humores suos evacuet; dum ille qui non est

Pars II.

F

*inferius, seu declivis; sed durus (id est obstructus) seu superius, quasi non superius existit; id est, humores suos per vomitum difficulter educit, seu superius; dum illi, ad superas venas & cerebrum metastasis habent. Sicq; ait textu 559. Coac. Post nigro-nigrorum rum vomitum, surditas non nocet. Quia dum per vomitum, seu surditas perius, educitur humor niger è lumen in ventriculum protritus, non nocet. surditatis causa esse non potest; quum ad superas corporis partes tunc temporis non reparat, dum ipse superius est, id est, per vomitum expurgatur, ut dictum; vnde ab humore bilioso, seu febris causa, post vomitum è venis majoribus ad aurium venas arteriasq; protruso, enatam esse surditatem æquum sit; ut in Epicratis uxore notavit Hipp. 1. epid. quo tandem per ventrem effusa surditas cessa, hoc ipsum attestante eodem Hipp. aph. 28. sect. 4. Quibus in febribus surditas fit, biliosorum dejectione finitur.*

*Objicies præterea. Si somnus ab igne intrà secretiores corporis sinus, & internam ventris, luna facultate dictam circulationem latitante oriatur: cur ait 3. de viet. rat. Somnus fit humectata carne, & spiritus diffusus tranquillitatem habet? Quomodo enim humectari poterit caro? nisi sanguis ad carnes moveatur & attrahatur, quod ignis ope fieri tantum potest, in carnes circulationem exequentis, quo, aëris conspiratio per venas, & sanguinis etiam confluxio fiant. Respondeo: in somno verè humectari carnes in externis corporis partibus sitas, sed cum frigiditate, neque attracto in eas vi ignis aërem diffundentis sanguine; sed jam attracto, intrà vigilias, refrigerente & incrassato, ut in partibus substantiam facessat, in ea apponatur, & aquæ, ut dictum in altero commentatio suis sit impetus; & sic verè spiritus diffusus, id est, aër ab igne in sanguine motus & gravitans, tranquillitatem habeat, seu levitet; & in aquæ, seu sanguinis naturam, è quo educitur, iterum redeat. Indeque ait lib. de flat. Vbi somnus corripuerit, tum sanguis refrigeratur, cum somnus, suapte natura modo refrigerare soleat. Quod autem illa frigiditas in partibus externis levant & non internis, intrà somnum contingat, docet Hipp. 6. Epid. sect. frigent. 4. text. 12. vbi ait: Vigilantem externis partibus calidorem esse, internis autem frigidorem: dormienti vero vice versa contingere.*

*Explicatio. His sic ad Hippocratis & Aristotelis mentem, circa facultates primæ partis ad sensum tatius & partis dictæ functiones enodatis, difficile non*

non est, primam textus nostri partem explicare: ignem scilicet <sup>tis, textus</sup> mediæ circulationis, validissimum esse; utpote cum in medio primi corporis constitutus existat, aëris frigidi injurijs minus expositus, & junctis anastomosi arterijs & venis, per corporis partes Ignis mede-<sup>re</sup>ret; & hac ratione cæterarum circulationum igni dominari; die circu-<sup>lationis</sup> cum mediæ circulationis ope, intrò & foras, id est, ad externam cæteris do-<sup>minatur.</sup> internamq; circulationem tendat, omnesq; circulationes in eam quasi terminentur. Ignem verò omnia moderari sine strepitu, tum visu, tum tactu: id est, ignem functionis externorum sensuum causam esse, quos sub nomine tactus & visus rectè comprehendit. Ait enim, hanc divisionem sensuum explicans, Sensationes alias acutas alias tardas esse. Quarum illæ, seu acutæ, visum & auditū comprehendunt; hæ verò cæteras, id est, tactū, odoratū, nes acuta & gustū. Sic autem effatur. Acutæ autem sunt animi sensationes, quæ & tardæ. visione & auditione percipiuntur: quæ verò tactu, tardiores, & facilius sentiuntur. 1. de viet. rat. Rectè ergo Hipp. his duobus sensibus visu & tactu, cæteros acutos & tardos in hoc textu capit, & ab igne è corde per sensoria circulante & respirante profici sci ait: non quodd sensibilium specierum judicium in corde fiat, sed in cerebro, intelligentiarum quæ aëre communicantur internuncio ratione superius dicta. Sed dicet aliquis: Cur ait Hipp. sine strepitu? Respondeo: hoc ita dictum ab Hipp. quia circulationes ignis ad sensus motusq; productionem sine sensu in partibus fiunt; nec immerit. Neque enim species sensibiles, aëris ab arterijs expulsi & calidi, sed frigidi è venis, aut exterius, per arterias duplē respirationem in nervos subeuntis beneficio, in cerebrum appellunt, in quo sensatio perficiatur: unde etiam si naturaliter continuò pulsent arteriæ, pulsus tamen citra strepitum sensumq; in parte contingit, nisi compressis à vicinis partibus arterijs pulsationis species in comprimentibus partibus sensu præditis percipiatur (vt in homine arterias pulsantes attingente fieri solet) quia species pulsatilis (si ita loqui fas sit) ex arterijs foras aut in venas defertur cum aëre calido, tanquam medio, è sensorijs latenter exeunte; nec in nervos, & per eos, in cerebrum fertur, in quo, species illa discerni possit: quod certè non evenit, dum venæ pulsant, & calidioris sanguinis multitudine refertæ, astuofsum quiddam producunt: vt ait 6. Epid. sect. 5. text. 2.

F. 41. 189. 1000

*Æstus enim venarum, id est insolita earum pulsatio, molesta ad modum persentitur, in hypocondrijs & in cerebro in cephalalgia, aëre per venas pulsantes, in arterias ad respirationem inferiorem attracto, in nervos, quorum comites existunt arteriae, & per eos, in cerebrum commeante; speciemque pulsatilem, seu ad sensuum judicem deferente: ut ita, venarum pulsatio facilitatione discriminetur, id est cum strepitu fiat; ut ait Hipp. dum naturalis arteriarum internosci nulla ratione potest. In hac etiam Animus potissimum circulatione fertur animus, id est sanguis calidus, ignis dictus, omnium functionum instrumentum; à quo igne in cerebrum commeante, non modò pendet mens, seu judicium; Mens prudens, cui quantum aëre communicari, tantum intelligentia accedit; sed & prudentia, seu rectè judicandi habilitas; cum ignis, in cerebro, temperandi occasione, aër attractus, primùm cerebrum petat, cerebrum vltérius refrigeret, ut ita, ad functiones sensus interni producendas habile fiat; & si sanum esse inde contigerit, nobis que ab aëre sunt indicet. Ait lib. de motib. sacr. Motus animalis ejusdem ignis opera fit, ut dictum superiùs. Cum ille robur conferat muscularis, & aërem cum sanguine ad eos trahens, laxitatem, sanguine; & impulsu[m], aëris diffusione, conciliat. Quomodo autem vitales producat motus mox explicabimus. Vigilia & somnus ab eodem igne pendent: dum enim circulationem siderum facultate dictam, maximèque cerebrum illustrat, vigiliae sunt: dum verò internam, somnus. Sed quomodo incrementum, imminutio, permutatio, & cæteri vitales motus procedant ab igne, ostendere jam operæ pretium est.*

*Quatvis nihil æquius, nec manifestius esse videatur, quām vitales cujuscumque differentiæ motus, ab igne vitali, id est, in partibus vitalibus agitante deducere; nihil apud Hippocratem reperire est, quod majores patiatur difficultates: quas tamen patet facere ex illius verbis tentabimus; si priùs secundūm allatum superiùs facultatum distinctionem, hīc iterum meminerimus, facultatem vitalem aliam esse ad vitam totius, aliam ad vitam & tam partis tantum: illam in corde sitam, in sentiente; & in parte partes. proportionali in longum corporis protensa, in quibusdam exanguibus & vegetantibus: hanc verò in parte quavis, quia igne connato vegetantis naturæ dicto perfusa; ut dictum in altero comm. textu 19.*

Facult

Facultas ad vitam totius in corde sentientis sita, ignis ope, & <sup>ad vitam</sup> Facultas  
aëris suppetijs, pulsom in corde & arterijs, & pulmonis respira- <sup>totius in</sup>  
tionem, producit, hac ratione. <sup>corde.</sup>

In corde duplex est motus; alter ventriculorum, alter auricularum: uterque discretus, id est, distincto temporis intervallo factus; uterque saltu, ut ait Hipp. seu dilatatione & constrictione, quasi diastole & systole compositus; & alter alteri operam præstans: ventriculorum saltus, auriculis ut incandescant; auricularum erectio, id est, dilatatio, ventriculis, ut refrigerentur; mutuoque calidi & frigidi per intervalla commercio in corde, ignis nativus conservetur. Et hoc miro naturæ consilio factum existima. Ut enim ait Arist. lib. de resp. cap. 3. Palam igitur sit, quod siquidem oportet servari calidum (id est, ignis nativus in corde) hoc autem necessarium, si victum sit, oportet fieri ejus quod in principio (id est corde) calidi quandam refrigerationem. Probat hoc experientia Aristoteles subsequentibus verbis. Exemplum autem hujus accipere est, quod accidit in suffocatis carbonibus (qui quidem per associationem calescunt, ut ignis in corde sentientis conclusus, ut dictum textu ultimo alterius commentarij) si enim continuè cooperari fuerint, eo quod suffocatorium vocatur, extinguitur citè, si autem per vices quis faciat impositionem & ablationem, manent igniti multò tempore. Parem sine dubio in systole, cordis parietibus subsidentibus ignis sortem haberet, eo quod suffocatorium vocatur, quasi cooperatus; ni natura, in diastole, ejus quasi ablationem faceret, liberam è dextro ventriculo, per septi transversi foramina, & è sinistro, per arteriam venosam, expirationem habens. Nec dicas occultatum in systole ignem extingui necessariò debere. Ut enim subdit Arist. (si ex altero commentario repetere fas sit) occultatio autem servat ignem; neque enim respirare prohibetur, propter raritatem cinerum; id est, occultatus intrà cineres ignis servatur; quia per eorum raritatem, calidum pellit, ut frigidum ad nutritionem trahat; utque cineres impediunt, ne totus in aërem externum sese efferat, quo tandem extingueretur; scu, & obstant ei qui in circuitu aëri, ne extingatur; sic, ignis violentiam reprimentes, faciunt ne substrata ignis materia, v.g. carbo, tam facilè consumatur; copia existentis in seipso, id est, in igne caliditas. Simile autem igni in corde

F iij

existenti accidere quis non videat in systole? occultatur enim in ea ignis; cordis parietibus seu eo quod suffocatorium vocatur hunc cooperientibus; nec tamen respirare prohibetur, apertis venæ arteriosæ & aortæ, quasi aëris penum, osculis; vtque totum ignem in hæc vasa ferri, & qua data porta, ruere vetant constricti parietes cordis; internis illius foveis reticularium fibrarum, has coërcientium ope tunc temporis conniventibus: sic ejus violentiam quodammodo reprimentes, impediunt ne pauca quæ superest sanguinis veri per septum transversum fluctuare ad ejus nutritiōnem desinentis copia, seu substrata ignis nativi materia, vi calidi in corde restitantis facilè consumatur; quasi copia existentis in seipso caliditatis. Ut ergo hæc omnia pro igois conservatione in corde necessaria fieri possint, auriculæ primùm in supera illius parte quamvis in basi constitutæ, multiplicato, vi ignis intrà dia-stolen effervescentis, & quasi eo quod suffocatorium vocatur orbati calore, ob raritatem & mollitiem substantiæ, facilè incandescent; vtque aërem frigidum & sibi & ventriculis concilient, distenduntur; quo tempore, subsidet cor; apertisq; non modò aortæ, sed & venæ arteriosæ valvulis, calidus sanguis, seu ignis in cordis cavitate effervesces, in ea vasa, qua data porta ruit; cuius non modò absentia, & parietum cordis gravitantium subsidentia, caloris in corde remissio fit: sed & frigidi aëris ex iisdem vasib; quasi aëris promptuarijs, per cordis ventriculos in auriculas subeuntis præsentia. Sed non semper refrigerare potest hic aët, nec occultatus in systole continua ignis servari; vnde à calido in auriculis, cordis, & ejus ventriculis latitante superatur, & diffunditur; ampliusq; spatium, in quo rarefiat, queritans, in ventriculos ruit; eos validè impellit; sic ad ignea gravitans, id est, parietum cordis gravitatem evincens, occlusis firmiter arteriarum valvulis; & diastolen aut potius saltum producit. Hoc autem in statu auriculæ subsident, aperiuntur valvulae in vena cava & arteria venosa sitæ; per venam cavam sanguis ab igne circulante, & aërem in venis diffundente, impulsus, in ventriculum dextrum effunditur illustris portio secreta, id est, sanguinis veri pars quædam, è dextro ventriculo per septum transversum, in sinistrum, ad ignis nutritionem irradiat; sed aëre ex dextra auricula subsidente, fluctus instar per illud impulsa:

hicq;

hicq; aër, & aliis in auricula sinistra diffusus, in arteriam venosam exhalat; & quod præcipuum est ad continuam nunc auricularum, nunc ventriculorum distensionem, multiplicato ob ilius effervescentiam & diffusionem igne, subsidentes incandescunt denuo auriculæ, quarum erectione ad refrigerium facta, aër frigidus in cor subeat; qui gravitatus in auricularum cavitate, cedit, seu levitat in ventriculis intrâ systolen; & tandem diffunditur & gravitat in ignis nutritione intrâ diastolen.

Quod enim pulsatio, sive diastole cordis, ab aëre in cordis *Aristoteles* cavitatibus effervescente oriatur, docet Arist. lib. de resp. cap. *lis mens* 15. vbi pulsum ex humido à sanguine oriundo, id est, aëre, qui & humidus, & ex alimento, seu sanguine, quasi aqua quæ aër potentia est, per venas, & exterius per arterias, & per medium sanguinem in ijs existentem, duplicis respirationis beneficio attrahitur; eoque tumefacto & quasi ebulliente, originem habere scribit, his verbis. *In corde autem semper accendentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio, facit pulsum, elevantis ultimam tunicam cordis.*

Quod verò ille aër auricularum beneficio in cor attrahatur, *Auricula-* docet hoc eodem capite, vbi non solum pulmonem, sed & cor, *rum cor-* follibus simile esse ait, duplumq; esse in homine quod tale in- *dis ope-* strumentum. Quod fieri non potest, nisi auriculæ *instrumenta* <sup>ra.</sup> sint, quibus tanquam *follibus*, non secus ac in *fornacibus fusorijs* fabri facere assolent, ait *textu* 21. lib. de corde, *natura aërem in cor ex arterijs subripiat*. Sic autem effatur Arist. hunc textum ex lib. de corde mutuatus. Oportet autem existimare constitutionem instrumenti (aërem in cor & pulmones attrahentis) similem quidem esse *follibus*, qui in *aerarijs*: non longè enim neque pulmo, neque cor, ut suscipiat figuram talem, duplum autem esse quod tale.

Arteriarum pulsatio à corde non modò dependet, hoc, ut *arteria-* mox dicetur, venas laxante & constringente; sed ab igne in *casrum pul-* subeunte: qui non parum ad magnitudinem pulsus earum, ut *sus quo-* cordis in corde, confert. Inde ait lib. de oss. natur. *In angustia modo fiat*. *transitus*, cor intus collocatum est, velut ex omni corpore fibras habens. *Quamobrem ex omni corpore, potissimum circa thoracem, sensus ineft.* *Colorumq; mutationes contingunt: hoc venas laxante & constringente.* *Laxante igitur, colores rubicundi fiunt, bene colorati, &*

*Aristote-* pellucidi; constringente verò, ex virore pallidi, & lividi; qui certè  
*lis mens.* evariant, prout præsentes cniq; adsunt colores. Idem affect Arist.  
lib. de resp. cap. 15. vbi ait. Pulsant vene omnes, & simul & invi-  
cem, propterea quod pendent omnes à corde. Movet autem semper,  
quare & illa semper, & simul invicem, quando movet. Quod autem  
igne intrà eas contento & aërem diffundente ad earum pulsam  
vtatur natura, docet textu 34. lib. de corde, vbi venam arte-  
riosam ob ignis debilitatem non tam validè pulsare ait. Hic er-  
go ignis aërem in earum cavitate diffundit, qui gravitat ad ignea;  
id est, arteriarum resistentiam & gravitatem evincit, pulsūque,  
aut potius saltum, quasi diastolen producit; & per arterolas  
exteriorū, aut per venas in sanguinem, calidus exhalans, frigido  
aëri per duplēm respirationem viam facit; qui, per arterias &  
cordis ventriculos in auriculas subiens, levitat ad contraria; id est,  
arteriarum & cordis sese in pristinum statum ob ignis debilita-  
tem in systole reducentium gravitati & resistentiæ cedit; gravi-  
taturus eodem tempore in auriculis attrahentibus.

*Respiratio pulmonis* inspirationis & expirationis motu com-  
posita, ab eodem igne, è corde in pulmones irruente profici-  
tur. Cum enim vena arteriosa calidum in sua diastole, intrò fo-  
ras, id est, è corde in pulmonis substantiam, & arteriam veno-  
sam pellat, ut frigidum foras intrò, seu ad sese non solùm aërem  
ex hisce trahat, sed vnà cum aëre, paucam potus in pulmonem  
è gutture descendens portiunculam, ad seri in pericardio stag-  
nantis augmentationem, pulmonem natura raru& molle&,  
igni concipiendo hac ratione auricularum cordis instar perfa-  
cilem excalens & exsiccat; calidusq; & siccus pulmo disten-  
ditur, id est, tumescit & inflatur follium more, ad aëris & aquæ  
attractionem; cedensq; internæ pulmonis inflationi, vnà cum  
musculis intercostalibus laxatis, & diaphragmate subsidente à  
pulmone gravitante elevatur thorax, ac quasi levitat; quo tem-  
pore, in pulmonis bronchia, copiosus per os & nares adducitur  
aër: cum spiritus alimenti, principium os, guttur, & pulmo, ait lib.  
de alim. & sic contrarium sibi, dum igni quasi animæ proprium  
alimentum trahat pulmo; ait ibid. à pulmone autem vena arterio-  
fa intrà systolen, aërem ad sese rapit, vnà cum pauca potus por-  
tiuncula; quod verò reliquum est aëris, subsidente pulmone  
refrig

refrigerato, quasi levitante, & musculis intercostalibus sese ad pulmonis compressionem (si res exigat) contrahentibus, & gravitantibus, foras per os emittitur & verè levitat. Indeque ait Hipp. 6. epid. se&t. 5. text. 30. Aëris per inspirationem astractio fit, ubi pulmo siccus fuerit aut æstum conceperit. Inde q̄ sit, ait 2. epid. ut in ijs qui non bibunt aut ne vix quidem, brevis spiratio plurimum proficit. Et ratio est: cum enim respiratio fiat ubi pulmo æstum conceperit, aut siccior quam pro natura fuerit; sic necesse est, ut qui frigidore corporis temperie nati sunt, ita ut præ caloris debititate vix sicutant, parumq; bibant, brevis spiratio sufficiat. Quia in talibus naturis, calidior, per venam arteriosam in pulmonem non adducitur aëris, quo exsiccat & incandescat, sicque validam spirationem crebramq; inducat.

Huic opinioni suffragatur Arist. lib. 3. de part. anim. cap. 6. *Aristoteles mens.*  
vbi ait. Pulmo igitur spirandi officio delegatus est, qui originem quidem sui motus accipit ex corde (caloris, qui omnia movet incrementum, ex illo in pulmonem per venam arteriosam effervescente, suscipiens) sed sua tum amplitudine, tum inanitate, aditum spiritui patefacit: id est, sed dum dilatatur pulmo, hoc est sua amplitudine, quasi diastole, aëri aditum è gutture in bronchia aperit. Dum comprimitur, hoc est inanitate, ac quasi systole, eidem è bronchijs ad guttur & os aditum patefacit; ut sequentibus clarius innotescet. Ait enim. Cum enim attollitur influit spiritus: id est, cum inflatur à pulmo gutture in bronchia traducitur aëris; cum contrahitur, effluit; id est, cum subsidet, per eandem viam retrofertur. Cap. 15. lib. de resp. apertiùs hanc mentem suam ostendit Arist. ait enim. Respiratio fit cum augmentatur calidum in quo principium nutritivum: id est, respiratio procedit ab augmento calidi in corde existentis potissimum in dextro ventriculo pulmonis gratia confecto, à quo nutritionem habet. Quemadmodum enim & alia indigent alimento, & illud; & alijs magis: id est, quemadmodum enim corporis partes alimento ad nutritionem indigent, sic ignis in corde conclusus aëre indiget pro alimento; & sibi, id est, quo ipse nutriatur: & alijs magis; id est, & cæterarum partium occasione, quæ igne perfusæ alimentum sese ejus beneficio trahunt. Hincque subdit. Etenim illud, alimenti causa est. Calidum etenim alimentum coquit,

Pars N.

G

præparat, trahit, & sic nutritionis causa evadit. Necesse itaque amplius factum elevare instrumentum. Necesse ergo fit, ut cum augmentatur & ampliatur calidum in corde, quod effervescat in pulmone, pulmonem ab eo attolli, seu instrumentum aëri attrahendo à natura confectionum. Oportet autem existimare constitutionem similem quidem esse folibus, qui in erarijs. Hujus autem instrumenti fabricam & conformatiōnem si quæras? Conformatiōnem folium æmulari ait Hipp. Elevatur igitur majus factum. Elevatur ergo dum inflatur, & aëre inspirato gravidatur. Cum autem elevant, necessarium elevari continentem ipsum particulam. Cum autem & pulmo igne valido accensus, & aëri attractus, in eo levitante gravitans elevat, necesse est ut musculis intercostalibus laxatis, elevetur thorax & levitet; cum in ea corporis parte pulmo contineatur. Quod videntur facere respirantes: elevant enim peccatum, propterea quod principium existens in ipso hujus particulae idem hoc facit. Quod experientia patet in respirantibus: thoracem enim attollunt; quia pulmo respirationis organum in thorace conclusum ipsum elevat ab aëre interno gravidatus. Cum enim elevatur, quemadmodum in folles, necessarium induci aërem qui deforis, & frigidum existentem & refrigerantem extinguere excessum ignis. Si enim ejus natura & constitutio, folium naturam & constitutionem perhibeat; æquum est ut quemadmodum aëris in folles sublatos trahit, sic in pulmonem sese attollentem effteratur; ut internum illius ardorem temperet sua frigiditate, & ita motus principium cessare faciat. Quemadmodum autem crescente, elevabatur haec particula; & decrecente, necessarium considerere; & considerente, exire aërem; qui ingressus fuit iterum: ingredientem quidem frigidum, exequentem autem calidum. Quod si inflatione & aëris attractione folium constitutionem æmuletur pulmo, necesse est, ut in ejus expiratione similis existat; & ita, decrecente pulmone & subsidente, retroferatur aëris ingressus; temperato, tum frigidi introeuntis inspiratione calore; tum ejusdem, & calidi è pulmone subsidente retro recurrentis expiracione.

*Facultas* Facultas ad vitam partis dicta, id est, naturalis in quavis partad vitam te corporis sita, tres alias sub se facultates complectitur. Qua-

partis alia sum prima altrix dicitur, altera auctrrix, tertia generatrix; quia,

vt

ut ait lib. de alim. *Facultas alit, augeat, propagat.* Hæc omnes, igit̄ *auges pro-*  
*nis à corde in partes influentis, & etiam insiti, beneficio, fun-* *pagat.*  
*ctiones suas agunt;* ut jam ex ita obscuris Hippocratis verbis  
*aperietur:* ut verè inquit lib. de flat. *Seria* (qualia sunt superiùs  
*dicta) facilia. Vilia verò (qualia sunt naturalia) difficilia. Sed *vilia dif-*  
*priùs reddenda est ratio, cur in proposito textu, incrementi, im-* *facilia, se-*  
*minutionis & permutationis; non verò nutritionis, & generatio-* *ra facilia.*  
*nis mentionem faciat Hipp. quamvis ab eodem igne pendere*  
*debeant, ne animantis monarchia deficiat.* Hæc autem ratio  
*mihi esse videtur.* Cum enim Hipp. longa verborum difficillimi-  
*morum serie, nutritionis & generationis rationem & modum*  
*deduxisset; in proposito textu nostro his omnibus posteriori, in-*  
*crementi, imminutionis, & permutationis, quæ per ætates acci-*  
*dit, mentionem tantum facere debuerat, ne idem eodemque*  
*libro repeteret.* Adde quod sub nomine *motus*, nutritionem  
& generationem etiam comprehendisse facile cuiq; constare  
debet. Quare nos nutritionis explicationem ex eo textu, quem  
in altero comment. text. 19. deseruimus, aggrediemur; & ita  
nutritionem in communi primùm, tum in particulari, id est, ho-  
minis, afferemus; incrementum tandem, imminutionem, &  
ætatum permutationem; generationem ad libros de genit. &  
de nat. puer. transferentes. Maximè cum expressam de ea in  
textu propositio mentionem non habeat Hipp. quamvis in ea,  
magis quam in cæteris, ignis per circulationes influentis vires  
elucescant.*

Vt nutricis facultatis officium est, partium corporis defluxus *Nutricis*  
& jacturas appositione convenientis alimenti resarcire: sic con- *functio*  
veniens alimentum appetere, præparare, ad partes trahere, ap- ponere, reliquias & excrementa ex eo resultantia alegare, sua- *quomodo*  
rum est partium. Hæc vt præstet, appetentis primùm in ventri- *fiat.*  
culo sitæ facultatis animalis, naturalis, partium maximè autem  
quatuor fontium corporis textu 19. alterius commentarij de-  
scriptorum ex 4. de morb. siccitate laborantium irritatae sensu  
excitatur, & in cibos & potus fertur, proportionatam fonti cor- *Appetitus*  
poris, aut parti deficiente substantiam præse ferentes, qui hac *in ventre*  
ratione suaves in ore & ventre existunt. Hincq; ait Hipp. I. de *suavitas*  
vici. rat. *Venter cum intelligentia careat, per id intelligimus quod in cibis*

G y

*quonodo sitis aut esurit. Et 4. de morb. Nisi isti adessent fontes, non utique noscatur. certò dignoscemus, quod in cibo & potu suave esset & insuave.*

Antequam autem in ventrem ferantur alimenta, multiplicem (præter externam) præparationem à natura habent, attēruntur dentibus, saliva in ore perfunduntur: tandemque sic præparata, & attritione humorisq; mixtione quoddam coctionis veluti rudimentum adepta, in ventriculum descendunt; in quo, naturalis ignis, tum insiti, tum è corde leniter ac quasi intrà te-nebras influentis ope, vltiores coctionis vires experiuntur. Vnde, primùm in humorem album, cæterorum humorū promptuarium chylum dictum mutantur. Cum enim intrà vigilias fortis calor seu sol, ad longissimum accedat, id est, ad partes circulationi sidereæ substratas, leni blandisque interiorum ventriculi membranarum & partium circumacentium calore, quo ex substantiæ è venis intrà prægressum somnum attractæ appositione sibi consulunt, primam concoctionem acquirunt; quo tempore, externæ circulationi subditæ partes forti igne perfa-sæ, id est, in quibus igni ad motum suus est impetus, ait 1. de vict. rat. sanguinem è venis, & chylum in venas exhaustas sensim attrahunt. Tum vt liquatus humor vltimas sanguinis dispositio-nes acquitat, somnus fit. In quo, sole ad brevissimum accidente, id est, igne in internam circulationem vires suas agente perfe-ciùs colliquatur & rubescit: indéque ait Hipp. Vigilia post cibos noxia. Quia cibum colliquefacere non sinit. 2. de vict. rat. dum attractus in externas corporis partes vi circulationis prægressæ, sanguis, ejus absentia & caloris imminutione apponitur, & in-crassatur, & ita in ijs partibus aquæ suus est impetus; ex 1. de vict. rat. imitante vt dictum in altero comment. textu 19. aurifabros & panifices animantis natura; quorum illi valido igne aurum li-quant & fundunt, debili tandem perfusum & coactum, ad opus quodcumque revocant. Aut potius, fusum, vi lenis primùm ignis, tum fortis, aurum, ex proplasmate in quo refrigeratur & cogitur, varie effingunt: hi pastam validè subigunt, tandem ex-halato clibani calore, & ardenti carbone detraicto panem per-ficiunt. Natura enim quid simile operari videtur, dum humores tanquam naturæ thesaurum fundit in ventre, & venis, leni primùm & tandem forti igne; tum venularum ope quasi ex alveo

alveo, in corporis partes deducit: & in ijs, seu in proplasmate refrigeratum & coactum, ignis circulantis absentia, variè perfecta nutritione effingit & format.

His patet, quanta sit sibi mutuò succendentium circulationum ignis, tum internæ, tum externæ, necessitas in corporis nutritione, cum præsentia sua tractionem, & concoctionem, id est, fusionem substantiæ nutrientis; absentia, ejusdem appositionem & incrassationem procurent; & ita nutritionem perficiant, menti faquam rectè describere incipit hisce obscurissimis verbis I. de viet. rat.

2. Commeant & transmoventur, illa, huc & hæc, illuc & omni quidem tempore, illa horum: hæc verò illorum res peragunt, & quæ quidem faciunt, nesciunt; & quæ faciunt, scire videntur; & quæ quidem vident, non agnoscunt: & tamen his, omnia necessitate divina contingunt; & quæ volunt. Explic. Et quæ nolunt.

**C**OMMEANT & transmoventur illa huc, & hæc illuc, & omni cōmūt. quidem tempore illa horum: id est, ut tanta est circulationum ignis ad corporis nutritionem, necessitas, sic omni tempore seu aeternū, commeant & transmoventur; id est, continua vicissitudine nunc illas, nunc oppositas illustrant partes; illa, huc; hoc est, validus ignis, quasi microsmi lux: v. g. siderum facultate dictam circulationem, in qua igni suus est impetus, lux jovi; & hæc, illuc: & tenebræ, in oppositas feruntur partes, seu circulationem lunæ facultate dictam: ut ignis defectu, aquæ, in hisce partibus impetus fiat; tenebræ orco: & è contrario. Et omni quidem tempore illa horum: id est, & semper aqua quæ nutriendo corpori necessaria est, imperanti igni obsequium præstat; & ab illo invalecente in partes corporis attrahitur, quia, ut dixit superiùs: rursus hæc. Hæc verò illorum res peragunt. Ut autem fortis calor, sive lux, substantiam corpori nutriendo per necessariam fundit, liquat & trahit; sic tenebræ, id est (remissus partium circulationis quasi defectum patientium, calor) nutritionis partem quæ appositione attractæ substantiæ fit, omnino perficiunt; sicque

G ij

*corporis* cuius est nutriti, & *humorum* quorum est nutrire, res peragunt. Hanc veritatem in morboſis quibusdam affectibus satiſ ſupérque convincit experientia. Inde enim fit, ut languente ob morborum anguſtias igne, partes extērñæ inflentur & au-geantur; nō à ſanguine concocto, ſed ab aëre aut ſero, veluti concreto, fraudatæ & tumefcentes. *Hydropicorum* pedes, aſcite potiſſimū laborantium, de die, quo tempore calor ad ſuperas partes repit diei calori consentiens, incubentem in eō ſero-ſum humorem, vel levi calore attractum, quo tument, ſibi quaſi apponere cernuntur; cum tamen de nocte in ſomno, quo tem- poore validior ad pedes transfertur calor, aquæ impetum ſupe- rans, & humores aëremque diſſolvens, detumefcant & atte- nuentur. E contrario, lethargicorum, & gravi ſomno laboran- tium vultus, & collum, nocturnis horis, & in ſomno tumefcent; leni igne in hiſce partibus dominante, à copia humorum ſupe- rato, & nutritionem fraudante potiū quām perficiente: de die tandem, valido igne in diſtas partes attracto, facili ratione de- tumefcent: quia igni ſuus ad motum impetus exſtat. Inde etiam lib. 6. Epid. ſect. 4. text. 19. *Percalidam naturam* ( ait ) calido anni tempore cubile in aëre frigido crassam efficit, in calido verò extenuat. Quia aët frigidus, in tempore calido, calidiorem naturam, ma- gis repercuſſo ē partibus extērnis calido, ac quaſi grandioribus tenebris, incrassat; calidus verò, ob causam contrariam quæ po- tiū fundit quām incrassat, extenuationem fovet & auget. Et quæ quidem faciunt, neſciunt; & quæ faciunt, ſcire videntur; & quæ quidem vident, non agnoscunt. Hoc eſt: quid autem faciant, & quo pacto tenebræ proſiunt in nutritione, neſciunt; id eſt, jure meritò ab illis, quaſi à privatione caloris, nihil fieri poſſe æquum vide- tur, cum tamen appoſitio ſiat: ut ſic, quæ faciant ſcire videantur, nec tamen agnoscant: dum appoſitionem, quam, ab illis, ſeu tene- bris fieri poſſe diſſicile quifquis credat, debili calore procurant. Et tamen hiſ omnia, neceſſitate divina contingunt; & quæ volunt, & quæ nolunt. Et tamen hiſ igais circulationibus, omnia in animante miro naturæ consilio ſunt; & quæ volunt, id eſt, & quæ facere aptæ ſunt, valido igne quo trahunt, fundunt, liquant, & præpa- rant: & quæ nolunt, & minimo igne, id eſt, tenebris calorifq; cir- culantis absentia, queis contrarium præſtant; dum liquatam vi fortis

fortis ignis substantiam apponunt, refrigerant, & incrassant: imitante, vt ait 1. de viet. rat. *histriones & deceptores natura, qui Natura coram spectatoribus alia dicunt, alia sentiunt; idem prorepunt, & ir-histriones repunt, minimè idem.* Homini quidem licet alia facere, alia dicere, & mente eundemq; non esse eundem, & interdum quidem aliam habere mentem, interdum vero aliam (subdit) Natura enim simile operatur in corporis oeconomia per ignis circulationes, eodemq; tempore contraria facit & præstat. Dum enim igne valido prorepit in partem, movet; & quod vult ignis facit, & aliud dicit, eadēmque in toto esse videtur; dum in oppositam partem non eadem irrebit, sed diversa; nec movet, seu quod vult ignis facit, sed quod non vult; dum aquæ victoria & appositione nutrit. Ut ita eandem habeat mentem id est, ignem, in una parte; eodēmque tempore aliam in opposita, sed tenuitate dissimilem. Veréque homines ex manifestis obscura in considerationem adhibere non noverunt: ignorant etenim, quod artibus utantur humanae naturæ similibus; divina namq; mens edocuit sua opera imitari, cognoscentes quæ faciunt, & ignorantes quæ inimitantur.

Nec putet aliquis, ignis circulationes in nutritione, aliquo Nutritio tempore, aut quadam ætate, necessarias esse; cum ejus ope na- in qua vñ tura quadruplicem attingat, & percurrat ætatum differentiam; etate ab augeatur imminuaturq; corpus; & tandem principiorum de- igne sit. factu, fatalem suam sortem compleat: quæ concludit his verbis Hipp.

3. Illis autem hic, his vero illuc commeantibus, & invicem commixtis, fatalem suam sortem quodque complet, & ad majus & ad minus; interitus autem est omnibus mutuus, & majori à minore, & minori à majore. Quinetiam majus à minore augetur, tum reliqua omnia, tum hominis animus: & corpus velut animus, certo ordine describitur. Explic.

**I**LLIS autem hic, id est, valido circulantis ignis calore, hic; <sup>Cōment.</sup> v. g. in sidereum circulationem; his vero, illuc; & tenebris in oppositam circulationem commeantibus; & è contrariò, & invicem commixtis; & igne debili ac quasi tenebroso vegetantis naturæ

superius dicto cum humoribus in partes vi prægressæ circulationis attractis magis aut minus commixto, fatalem suam sortem quodq[ue] complet, & ad majus & ad minus; id est, pro fatali sorte ex principiorum defectu vel copia enascente, quæcumque corpora augentur vel imminuuntur. Interitus autem est omnibus mutuus. Nec tamen in æternum perdurare & conservari possunt: sed mutua vnius principij in alterum pugna, tandem utriusque mutuus sit interitus, & animal è vita discedit; & majori à minore; & minori, à majore; id est, & majori igni, si minor suppetat aqua ad nutritionem; & majori aquæ, si minor suppetat ignis ad motum. *Quinetiam majus à minore augetur, tum reliqua omnia:* nec solùm seipso conficiunt principia intrà varias circulationum ignis vicissitudines, minus à majori, & è contrario; sed antequam seipsa conficiant, mutua reactione, *majus à minore, & superato augetur;* id est, ignis major, à minore aqua nutritionem aliquam habet; aqua major ab igne minori aliquem motum; & quemadmodum principia augentur à seipsis, sic quæ ex hisce constant corpora à principijs augmentationem habent: ut ita cum ignis; id est, *tum hominis animus, & corpus ex aqua constitutum velut animus,* id est, ignis, certo ordine augeatur & describatur; id est, certa proportione quadruplicem generationis augmenti status, declinationisq[ue] percurrat constitutionem.

His, alimentorum concoctio, & in partibus appositio, satis *Quomodo* supérque, circulationum beneficio, in vnaquaque ætate & statu *ab igne* corporis demonstrantur. *Quomodo* autem ejusdem alimenti, & *& aëre* *distribu-* quidem partibus proportionati, attractio fiat: reliquæ illius, *com-  
tio humo-  
superflui, tum excrementosi, expellantur, demonstrare operæ-  
rum fiat.* *præmium est.* Hæc autem obscurissimis hisce verbis inclusit Hipp. primi textus seriem edarris.

4. Irrepunt in hominem, partes partium, tota totorum, *que ignis & aquæ commixtionem habent.* Et partim quidem accipiunt, partim etiam exhibent: & quæ quidem accipiunt, plus faciunt; quæ verò exhibent, minus. Lignum homines *Natura* *serra se-  
cantes i-* *serra secant:* & hic quidem trahit, alter verò trudit. Idem mitatur. tamen faciunt: & minus facientes, plus faciunt. Idem & *natura*

natura hominis, partim quidem propellit, partim verò tra- <sup>Natura</sup>  
hits partim dat, partim etiam accipit; & alij quidem dat, ab <sup>partim</sup>  
alio verò accipit; & alij quidem tantò plus dat, hic verò tan- <sup>partim</sup>  
tò minus accipit. Locum autem suum quodque tuerur: & quæ <sup>dat.</sup>  
quidem ad minus tendunt, in minorem locum secedunt; quæ  
verò ad majus profiscuntur, commixta, in majorem classem  
transeunt; externa verò, neque ejusdem generis, ex aliena re-  
gione pelluntur. In unoquoque autem animus majora &  
minora habens, suas ipsius partes circumeat, quæ nec apposi-  
tione nec detractione indigent; cum tamen eorum, quæ adsunt,  
accretione, & imminutione opus habeant. Locum verò singula  
conficiunt, in quem ingrediantur, & ea quæ incident susci-  
piant. Neque enim potest, quod non est ejusdem generis in  
loco sibi minimè conveniente permanere: vagantur siquidem  
non agnitas invicem verò permixta, simul cognoscuntur. Con-  
veniens enim cum conveniente cohæret. Quod autem mini-  
mè convenit; dissideret & pugnat, & à se invicem discrepat.  
Quam ob causam hominis animus, in homine, neque in ullo  
aliо, incrementum accipit; eodemque modo, de magnis anima-  
libus. Quæ verò aliter habent, ea per vim ab alijs secer-  
nuntur. Explic.

**A**D hujus autem textus faciliorem intelligentiam suppo- cōment.  
nendum est, quod omnibus notum, humores in venis per-  
mixtos esse, cum naturalem etasim ad rectam constitutionem  
apprime necessariam servatint, vt ait lib. de nat. hom. neque  
vnquam, nisi in statu corruptionis, secretos reperiri posse; ac  
proinde, dum à partibus igne perfosis attrahuntur, mixtos at-  
trahi: quo supposito. Rectè primū incipit Hipp. Irrepunt in  
homines partes partium, tota totorum, quæ ignis & aquæ commixtio-  
nem habent. Id est, vt sèpius dictum, ex igne & ex aqua corpo-  
ris partes conflantur. Vocat autem partes partium, & tota to-  
rum; quia partes idem quid sunt cum toto, cum & quid

Pars II.

H

totum sint; & ijsdē principijs ac totū, constent; à toto, sola accidentalī différētia, densitatis verbi causa & siccitatis, discrepanti- bus; vt superiùs dictum, vltteriusq; demōstraturi sumus lib. de car. sicq; ait 1. de vīct. rat. *Omnia ad unumquodq; & unumquodq; ad omnia, idem sunt.* Et partim quidē accipiunt, partim etiam exhibent. Hæ partes corporis, & tota totorū, quia humoribus mutua mixtione intrā venas devinctis, & ad sese attractis, nutriti par erat; sic duplex eorū munus fuit: partim accipiendi, hoc est proportionatā sibi substantiā per venas ab aëre impulsam secernendi, & apponēdi tenebrarū beneficio; partim exhibendi, hoc est, tum reliquias illius, tum improportionatā substantiā, aut excrementosam, in sese cum proportionata mixtim impulsam, ad venas pellendi, seu exhibendi. Et quæ quidem accipiunt, plus faciunt; quæ verò exhibent, minus. Id est, eæ autem partes quæ simpliciter accipiunt, neq; multū & reliquiarū & excrementi déponunt, & cæteris exhibent, plus faciunt; quia sibi magis apponunt, & incrassantur. Quæ verò contraria præstant, id est attractæ substantiæ plus exhibent, & in venas remittunt, nec sibi apponunt; minùs faciunt, nec tantopere adaugent & vigent. *Lignum homines serra se- cant; & hic quidem trahit, alter verò pellit; idem tamen faciunt, & minùs facientes plus faciunt:* idem & hominis natura, partim quidem propellit, partim verò trahit; partim dat, partim etiam accipit: & alij quidem dat, ab alio verò accipit; & alij quidem tantò plus dat, hic verò tantò minus accipit. Quomodo autē natura partim accipiat proportionatā substantiā, qua nutritur, partim exhibeat cæteris improportionatam in parte secretā, docet exemplo: ait enim, natu- ram animantis, in hac operatione, serra secantes imitari; quo- rum alter serram trahit, alter socio trahente impellit desuper; & tandem trahit, altero vicissim impellente; vt sic eadem vterq; faciat; minùs autem facientes, plūs faciant: quia qui simpliciter, & citra alterius impellentis operam trahunt serram, fortiore vi & conatu potentiore prædicti, validius lignum secant & findunt. Idem præstat natura hominis: partim enim trahit in partes, igne validiori perfusas, substantiam earum nutritioni pernecessariam, sed ab aëre in ea diffuso impulsam, vt ita partim propellat. Hac ergo substantia in partes nutriendas appellente, & defectu ignis circulantis apposita, partim accipit pars: quia autem hæc eadem subst

Substantia in partem appellens, veterem, seu prioris alimenti appositi reliquias, & improportionatam substantiam interius deduci, seu ad venas retroferri, & ex ijs in partes ipsi proportionatas impelli eurat; naturā, humore proportionato humectatā, cæterarum partium attractionem, ob siccitatem non amplius eludente, sic partim dat, humorem vel superfluum, vel excrementosum; aut improportionatum cæteris partibus, à quibus proportionatum humorem attrahit, ex illis expulsum; & ita partes, & tota totorum, in humorum omnium distributione serrata secantes imitantur. Ut autem, serra secantium minus facientes, plus faciunt; sic & partes. Dum enim tantò plus dant humoris attracti, & per venas in cæteras partes validiore igne perfusas distribuunt, minus accipiunt; id est attractæ substantiæ, & ab alijs partibus concessæ, sibi minus apponunt; dum aliae, istarum miseria, aut potius immodica liberalitate, intumescunt: ut exemplo in fine demonstrabitur. Verèque, vt ait Hipp. Homines, ex obscuris manifesta in considerationem adhibere non neverunt; ignorant etenim, quod artibus viantur humane naturæ similibus: divina namq. mens, edocuit sua opera imitari, cognoscentes quæ faciunt, & ignorantes quæ imitantur. Locum autem suum quodq. tuetur, & quæ quidem ad minus tendunt, in minorem locum secedunt; quæ vero ad majus proficiscuntur, commixta, in majorem classem transeunt. Hoc est, locum autem suum, id est, partem quamlibet partium, & totum totius, quodq. alimentum acceptum & attractum tuetur, servat & nutrit. Dispari tamen ratione in partibus quæ ad minus tendunt; quæ scilicet magis dant, quam accipiunt ob caloris debilitatem (vt mox explicabitur) citra insignem earum augmentationem; & potius cum immunitione; & ita in minorem locum secedunt: in partibus quæ magis accipiunt, & sibi apponunt, quam cæteris exhibeant, ad majus proficiscuntur; id est, cum earum augmento; & ita, commixta, in majorem classem transeunt. Externa <sup>Alimen-</sup> tum no-<sup>mine, &</sup> verò, neque ejusdem generis, ex aliena regione pelluntur. At quæcumque ad partes pro nutritione deferuntur, nutritre non possunt: ait enim Hipp. lib. de alim. *Alimentum minimè alimentum nisi alere queat; nomine est alimentum, non re;* ea ergo, quæ partes nutritre apta non sunt, seu externa, neque ejusdem generis, (vt vocat) si in eas devenerint, uno prudente, & altero trahente pariter

H y

expelluntur; hoc est, pari ac naturales & nutrientes humores, distributione retroferuntur; novis humoribus ad partes eos attrahentes adductis veteres non solum, sed & excrementos expellentibus in partes ijs recipiendis destinatas, è quibus, cœu ex aliena regione, pellantur. Et hinc rectè ait Hipp. *Quæ eduntur & bibuntur, alia aliorum esse medicamenta, 4. de morb.* In unoquoque autem res in numero animus, majora & minora habens, suas ipsius partes circumeat, quæ tritio, nec appositione indigent nec detractione, cum tamen eorum quæ adsunt ex Hipp. accretione & imminutione opus habeant. Demonstrat tandem Hipp. expressis verbis, hanc alimentorum distributionem, ad corporis nutritionem, ab igne in partes circulante procedere. Ait enim: in unoquoque, id est, in unaquaque parte & loco, *animus*, id est, ignis; *majora habens*, id est, prædominans, in partibus quæ magis accipiunt, & minus exhibent, *minora*; minus, in ijs quæ minus accipiunt, & magis exhibent, suas ipsius partes circumeat; per subditas suo veluti imperio partes circulatur & circumfertur; quæ quidem partes nec appositione, nec detractione indigent: id est, quæ partes perfectæ esse debent, integratq; generationē & formationē habere, ut ita nec detractione dispositionū seminis egeant, nec appositione partiū viventis, antequā sanguinē ad nutritionē earum natura trahat: cum nutritio generationē supponat, nihil alatur non participans vitam; ait Arist. 2. de anim. cap. 2. text. 46. cum tamen in ijs, quæ ob ignis vigorē magis accipiunt, eorū quæ adsunt accretione, id est, sui per alimentū augmentatione, in ceteris quæ minus, imminutione opus habeant; ob ignis in ijs insiti & circulantis tenuitatem. Indeq; ait Arist. 2. de anim. cap. 2. text. 50.

*Aristote-* Omne autem alimentum necessarium est concoqui posse: operatur autem mens. concoctionem calidū, unde animatum habet calorem. Locum verò singula conficiunt in quem ingrediantur, & ea quæ incident suscipiant. Id est, ut autem necessarium est ad nutritionem, ut partes perfectæ sine & constituta: sic, ut proportionato alimento fruantur, pari substantia procreantur. Vnde, locum seu partes, singula, id est, latentes in semine singuli humores, seu partium principia, conficiunt, à quibus similitudine substantię attrahantur, seu in quem locum ingrediantur post illius generationē: & ea quæ incident, id est, & eos, qui in locū & partes impelluntur, humores proportionatos suscipiant; ut perfecta veraq; nutritio fiat. Neque enim potest, quod non

non est ejusdem generis in loco minimè sibi conveniente permanere. Neque enim posset alimentum in loco, seu parte nisi ejusdem naturæ residere & in ea apponi, si dissimilis naturæ foret. *Vagantur* siquidem, non agnita; in vicem verò permixta, simul cognoscuntur. Id est, alimenta, siquidem dissimilis naturæ, à partibus ob improportionem non attracta, per corporis partes dearrant, & vagantur ut inutilia; mutuò autem ad substantiæ proportionatæ nutritionem in venis simul permixta, & partibus familiaria, cognoscuntur; id est, à partibus attrahuntur. *Conveniens* enim, alimentum, cum conveniente, loco, seu parte coheret, & in ea apponitur; vtque dictum in altero commentario: non secus ac in vesicâ, terra, plumbo, arena, impletâ, quamq; substantiarum, post aëris impulsionem, ad similem se contulisse comperitur. *Quod autem minimè convenit, dissidet, & pugnat, & à se in vicem discrepat.* Alimentum verò improportionatæ naturæ, & nomine alimentum non re, vt dictum ex lib. de alim. partes alterat, nec in earum substantiam facessit: vt ita à partibus tota substantia discrepans, extrius propulsari necesse fiat. *Quam ob causam hominis animus, in homine, neque in ullo alio, incrementum accipit:* id est, hac autem eadēmque ratione, qua corporis partes ex proportionata, alimento quo nutriuntur, substantia generantur, totum animal ex proportionato semine generatur & conformatur in generatione univoca; v. g. homo ex solo humano semine (& sic, de cæteris animalibus per univocam generationem productis) nec ab alio produci potest: ne superante, vt ait Aristoteles lib. 4. de gen. anim. cap. 4. vim materiæ forma, monstrum producatur. *Quod exprimit superioribus verbis.* *Quam ob causam hominis animus: id monstrat, hominis natura, animū, pro toto homine accipiens: in homine quomodo ne, id est, ex humano semine, hominis compendio generatur, & siant.* illius sanguine incrementum accipit, neque in ullo alio, id est, neque ex ullo alio semine fieri, & sanguine increscere potest. *Eodemq; modo de magnis animalibus.* Par ratio existit de magnis animalibus, quæ scilicet ex deciso à parentibus semine per generationem univocam procreantur. Hæc enim ab illo solo semine generari possunt, nec ab alio. *Quæ verò alter habent, ea per vim ab alijs secernuntur.* Quæ verò citra proportionatum semen ab animali decisum, nascuntur animalia, id est, non vi naturæ in

H iij

semine latentis à parentibus deciso, meta corruptione, per vim seu destructionem aliorum animantium, æquivocè producuntur. Quia, ut ait 1. de viet. rat. animalia sunt, & illa, & ista; id est, perfecta, & imperfecta: perfecta, ex semine citra naturæ alterius corruptionem generantur: imperfecta, citra semen, & per animalium corruptionem; in quibus imperfectorum animalium quasi semina latent, ignis scilicet & aqua; citratamen proprium eorum semen; neque hac de causa, ut subdit in textu, animal interire, quin terire potest, quin omnia animalia intereant. Indéque Arist. 2. Physis. cap. 2. textu 45. ait: *Non enim quodvis ex semine unoquoque animalia fit: sed ex tali quidem olea, ex tali autem homo. intereant.*

*Animal  
interire  
non po-  
nit  
terire  
omnia  
animalia  
intereant.  
Nutritio  
particula-  
ris homi-  
nis quo-  
modo fiat.*

His generalem nutritionis naturam comprehensit Hipp. particularem tandem hominis, his verbis affert.

5. *Ac ut reliqua animantia præteream, de homine tamen differam. Irrexit in hominem animus ignis & aquæ temperationem sortitus, corporis humani portionem. Hæc autem fæminea, & mascula, multa, & cuiusvis generis, nutriuntur. Viëtus autem ratione, qua homo vtitur, nutriuntur & incrementum accipiunt. Quæ verò ingrediuntur, ea omnia partes habere necesse est. Nam cuiuscumque pars non inerit à principio, nullo vñquam modo augeri poterit neque copioso, neque paucō accedente alimento: cum non habeat, quod incrementum accipiat. Augetur autem quodque in suo loco, quod omnia habet; superveniente verò alimento ab aqua, siccos ab igne verò, humidos alia quidem intrò, alia verò foras vi adiunguntur. Explic.*

*Cõment.*

**A**c ut reliqua animantia præteream, de homine tamen differam. Irrexit in hominem animus, ignis & aquæ temperationem sortitus, corporis humani portionem. Id est: ut autem relictis cæteris animantibus, solius hominis nutritionem aggrediar. Ejus natura ex igne & ex aqua, non secus ac cæterorum viventium, constituitur; cum hæc animati cuiuscumque corporis principia & portiones existant. Hæc autem fæminea & mascula, multa &

*cujus*

cujusvis generis nutriuntur: id est, quibus principijs, cuiuscumque temperici, & mares & fœminæ similiter constant: quæ simili & proportionata substantia, seu animo ignis & aquæ temperationem naturæ debitam adepto, coagmentatur & nutriuntur, dum utrique principio suus est impetus. *Victus autem ratione, qua homo vivitur, nutriuntur & incrementum accipiunt.* Id est: hæc autem substantia nutrit, seu animus ignis & aquæ temperationem adeptus (massa sanguinea, utriusque sanguinis, calidi & frigidi mixtione coagmentata, recentioribus) ex victus ratione, seu *humido & sicco*, ut ait lib. de alim. seu potu & cibo, comparatur. Quæ verò ingrediuntur, ea omnia partes habere necesse est. Quæ verò ingeruntur alimenta ad nutritionem, ea necessariò hæc duo principia continere debent: ut sic ignem & aquam in sanguine adaugentia, aliato seu animanti proportionata fiant. *Nam cujuscumque pars non inerit à principio, nullo unquam modo augeri poterit; neque copioso, neque paucò accedente alimento, cum non habeat, quod incrementum accipiat.* Hoc est: ita enim alimentum ad alium, seu corporis partes, ut partes sese habere necesse est; at partes non nutritur, nisi sint (ut subdet inferius) id est, perfectam generationem facient asscutæ; quam non habent sine hisce duobus principijs, igne scilicet & aqua; ut sic, quemadmodum ea quæ ita constituta non est pars, nullo unquam modo augeri poterit, neque copioso, neque paucò accedente alimento: sic neque alimentum, nisi hocce duplici principio, cum natura proportionē obtineat, in illius nutritionē unquam facessere poterit. *Augetur autem quodq; in suo loco quod omnia habet: superveniente verò alimento ab aqua, sicco; ab igne verò, humido.* Ea autem sola pars nutritione augescere potest, ut supra dictum, quæ omnia habet, perfectamq; ex duplici principio generationem sortita est: *superveniente verò alimento, ingestio primùm, concocto, & tandem attracto ad partes alimento, seu sanguine, ab igne humido, quia omne humidum calidum est; ut dictum ex lib. de car. ignis enim sanguinem liquat, fundit, & sic corpus humectat, dum ei suus est impetus: ab aqua verò, sicco; id est, à sanguine verò refrigerante, & suum habente impetum, sicco: dum auri instar in alveos & proplasmata conjecti, proportionatam, ignis defectu, conformatiōnem acquirit, & concretione successit. Alia quidem intrò, alia verò foras, vi adiguntur.* Hujus

*Nutritio  
genera-  
tionem  
supponit.*

autem alimenti quia diversæ sunt partes, aliæ nutrientes, aliæ excrementosæ; & alimentum nomine, non re; sic illæ, intrò manent, seu ad partes trahuntur & apponuntur; aliæ verò foras adiunguntur, & per loca consueta expelluntur; imitante tamen tum in humorum nutrientium, tum excrementorum distributione serra secantes natura: vnde subdit.

6. Non secus ac fabri lignarij, dum lignum serra secant, & alter quidem trahit, alter verò trudit, idem sane facientes: & qui deorsum urget eum qui supra est trahit, neque enim alias deorsum descenderet sin per vim agant, penitus aberrabunt. Tale quid circa hominis alimentum contingit: aliud quidem trahit, aliud trudit intrò verò vi actum, foras repis quod si alieno tempore per vim abigatur, prorsus successu frustrabitur. Id est.

**V**T autem in humorū omnium distributione serra secantes imitari debet natura, & superfluos humores uno trahente & altero trudente expellere: sic, si citra talem distributionē (quasi alieno tempore ut ait) pellatur humor vi naturæ irritatæ, fraudabitur genio corpus, quia nutritio perfectum finem non attinget. Cætera superiùs satis supérque sunt explicata.

Hac serra secantes imitantis naturæ actione, qua, humoribus novis ad partes attractis, veteres, superflui, & excrementosi, ad Quomodo ventrem venasq; truduntur, & expelluntur, fit ut inquit, Hipp. ad purgat. 6. Epid. sect. 5. text. 27. Veratrum, si celerius purgare voles, lavare iusionem aut cibum sumere oportet. Et lib. de viat. rat. in motib. acut. Ptisanam quidem, ubi epotum est medicamentum insuper, sorbendam statim conseruant, nam quidem, ubi epotum est medicamentum insuper, sorbendam statim cibi & dare oportet, neque admodum minore quam confuetum est quantitate. Et ratio est: cum enim natura suos non expurget in ventrem humores excrementios, nisi uno trahente, altero trudente: id est, humore nutritio in partes, vi ignis aërem in sanguine diffundentis, quo sanguis in eas impellatur, attracto, & quo excrementij ad interiora corporis propellantur, lavare corpus oportet; aut potius, exolutis hac nostra ætate lotionibus, mouere, ut ait aph. 15. sect. 4. quod per motū, ut per aquæ calidæ fomentum, attract

attractus ad partes externas humor nutiens, ad internas excrementitium depellat. Idem præstat ciborum ingestio, seu ptisanæ sorbitio; maximè si consueta quantitate post medicamentum exhibeat: quia ventriculo, seu magno fonte, alimenta cum plenus fuerit, venis suppeditante, & per venas cæteris fontibus & partibus corporis, facilius purgatio contingit; novo humorē, è ventriculo pleno seu principio cujuscumque alimenti ad partes attracto, excrementios ex ijs ad ventrem seu finem alimentorum, serra secantum more, ut in superiore commentario dictum, expellente. Hinq; ait 4. de morb. Cum quis caseum aut aliquid acre comederit, aut aliud quid pituitosum ederit, aut biberit, confessim ei ad os & nares accurrit; quod omnes ita contingere cernimus, idq; ex eo quod referam credere oportet.

Hic nutritionem particularem hominis finit Hipp. vt generationis rationem & modū incipiat, quam nos (Deo dante) explicaturi sumus in cōmentario in lib. de genit. & de nat. puer. Sed objicit fortassis aliquis. Cum à nobis dictū existat, quod omnis humorum impulsio & expulsio fiant ab aëre in ijs ab igne diffuso & gravitante, quomodo aëris serra secantem imitari poterit, *Quomodo* ut pari impulsu humores distribuat? Respondeo: humorum distributionem ab aëre fieri serra, secantem imitante. Cum enim ignis connatus in partibus v. g. sidereæ circulationi subditis effulget, diffundit ex ijs, in attrahendis humoribus aërem, qui eos ad partes impellit; dum humor vetus & impreportionatus, in ijsdem partibus secretus, à partibus illi proportionatis & igne trahente perfusis, ejusdem aëris portione in eo diffusa ad interiora aliasq; partes prudente, propellitur; vt sic, una pars aëris trahat in partes; altera pellat è partibus; dum tamen utraque solùm impellit, ad ignea gravitans; non secus ac de humoribus dictum: sempérque confluxio humoris una est, & aëris conspiratio una. Quod expressè docet Hipp. 1. de viōt. rat. his verbis. Fabri lignarij dum serra secant, hic quidem trahit, alter verò trudit; & ut idem efficiant, uterque intendit. Dum terebrant, unus quidem trahit, alter verò pellit, premendo alterum sursum repit alterum deorsum. Et quantum in se est minuentes, plura faciunt. Spiritus hic quidem trahit, alter verò pellit; & ut idem efficiant, uterque intendit. Cibi partim deorsum urguntur, partim verò sursum repunt. Indéque recte

Pars II.

I

*Aër trā- dictum superiùs ex Arist. agendo de mot. anim. quod aëris na-  
tivus, & tura partim tractiva, partim pulsiva sit.*

*pulsivus Dicet præterea: si ciborum concoctio in ventre, & sanguinis  
est. distributio in venis, siant ab igne, annon in acutè febricitantibus  
meliùs perfici debere afferendum? Quod tamen veritati in*

*Ab igne febric- totum repugnare videatur. Machinæ post bellum inutiles.  
febric- tantium melior co- fiant, non tamen à quovis, seu acutè febricitantium, magis per-  
Bio non fici posse afferendum; utpote, qui ad elixationem ineptus existat;*

*cui tamen similem, alimenti in corpore concoctionem esse, ait Arist. 4.  
Elixatio meteor. cap. 4. sed affectionem tantum producat; quæ est conco-*

*& affatio quid sint. ctio à caliditate sicca & aliena, ut ait ibidem Arist. quæ dum cor-  
poris humorumq; substantiam exteriùs exsiccat & adurit, inter-  
niùs humiditates excrementitias procreat, quibus inter violen-  
tum ardoris febris & extenuantis incendium alvus persæpe*

*fluit; veréque animus; cum incensus fuerit, ut ait 6. Epid. sect. 5.  
text. 5. vñà cum morbo, hac potissimum ratione corpus depascitur:*

*dum in elixatione, quæ fit à caliditate humida, aut ab igne in humi-  
do existente, ac proinde associatione debitæ humiditatis refracto,*

*totam internam alimentorum humiditatem ad se trahit ignis;*

*per corporis venas, partésque distribuit; fæcibus magis quām in-  
vehementi incendio siccioribus, in ventre restituantibus. Et cer-  
tè talis ad corporis conservationem, qualis ad productionem*

*necessarius fuerat ignis: at exsiccata plusquam par fuerat, vi ig-  
nis fortioris, in utero, seminis humiditate, conceptio incassum*

*ruit; sicque, ait Hipp. Aph. 62. sect. 5. Quæ plus siccas & adurentes  
uteros habent non concipere; cum alimenti defectu semen corrumpa-  
tur. Et Arist. 2. de gen. anim. cap. 2. Calor autem, si valde superat,*

*Generatio exsiccat humorem; si multum deficit, non concernit; sed medij ratio-  
moderato nem ad rem condendam servari requiritur: aliqui ut in ÿs qui igne*

*per asso- coquuntur, plus ignis deurit, minùs non coquit; at evenit utrumque, ne  
ciationem quod agitur perficiatur. Repetit ibidem cap. 4. Neque ignis quæ*

*igne sit. plus fuerit, eò magis calefaciet aquam; sed certus caloris terminus est;  
ultra quem, si ignem augeras, nihil rededes aquam calidiorem; sed fa-  
cies ut magis evaporetur, demumq; deleatur, & exsicetur. Nec di-*

*cas: necessario in igne summam caliditatem esse debere, vel*

*qualitatem illius refractam, & citra formam ignis tantum*

*exist*

existere. Quamvis enim, in igne simpliciter, summa existat caliditas, quia ignis principium caloris existit, qui nullibi major adesse potest, quam in principio & elemento: alterius tamen materiae, cum igne associatae, mixtione moderationem obtinet; & sic in minimo naturali viventis, citra formae ignis desperditio-nem, adeo est; & semper est, ubi calor actualis existit: sicque ignis ad proportionatam corpori, cum quo associatur, functionem edendam aptus sit. Hinc superius dictum ex Hipp. & Arist. *Omnia per associationem calefcere*, plus tamen, vel minus, ratione habita materiae associatae, vel superantibus ignem, vel ab eo superatae. Et hac ratione Hipp. sect. I. aph. 16. *Victum humidum febricitanti-victus hu-*  
*bis conferre ait. Quia ut in febribus, ignis intra venas, & corpo-midus cō-*  
*ris habitum acceditur & furit, materia associata, seu humido, ferit febri-sanguinis, multò superior; sic humidum exaltari ( citra repletio- citanti-*  
*nem, tamen quæ ob impeditam respirationem inferiorem, vali-diùs, ignem accenderet ) necesse existit, quo calor moderatio-nem obtineat; binaque corporis principia, nunc superare, nunc su-perari possint.*

Objicit præterea aliquis: si appositi substantiarum nutritionem perficiens, ignis circulantis absentia, & tenebrarum opera fiat; quomodo in corde, & cæteris vasibus circulatorijs, seu arterijs & venis, ipsisque etiam ossibus, appositi substantiarum nutritionem perficiens fieri poterit? cum in corde, & cæteris vasibus circulatorijs tenebrae vix inquam sint; ne mors, deficiente in principio igne, animali contingat: minus in ossibus, cum ea, citra ignem circulantem, vita fruantur. Respondeo: appositionem substantiarum nutrientis non fieri in corde, & cæteris vasibus circulatorijs, ob defectum ignis circulantis, sed illius præsentia. Ut enim ( ut dictum in altero comment. text. 2. ) *cor*, non secus ac cætera vasiva circulatoria, vi ignis fortiter exsiccantibus, & carnem duram & viscidam constitutis, producitur; ne ab eodem forti igne, cuius principium cor esse debuit, tandem funderetur & liquaretur, contrariam in hoc, ab hepate, & carnibus, generationis & officij rationem habens: sic ab eodem forti igne materiam nutritiem, seu sickerum sanguinem, in cor ex venis & ex carnibus alteratum, seu pus ex carne, in arterias venasque trahente, exsiccante, & impingente conservantur. Hæc textu mox allato ex I. de viet.

rat. intellexisse etiam Hippocratem mihi facilè persuaserit. In unoquoque autem animus majora & minora habens, suas ipsius partes circumeat, quæ nec appositione nec detractione indigent; cum tamen eorum quæ adsunt, accretione & imminutione, opus habeant. Id est: in unaquaque parte nutrienda, animus, seu ignis, majora & minora habens, major in partibus magis accipientibus, & minus exhibentibus, minor in contrarijs, suas ipsius partes circumeat: id est, præter partes, quas relictis circulatorijs vasis varia vicissitudine permeat, in ijs, seu proprijs conceptaculis, semper circumfertur, corde, arterijs, & venis; quæ nec ad tractionem substantiæ nutritiæ, appositione, seu ignis præsentia peculiari, ut cæteræ partes egent; ejusdemq; absentia, seu detractione, ad attractæ incrassationem & appositionem, cum tamen eorum quæ adsunt, accretione & imminutione opus habeant. Id est: cum tamen materiaæ copia in partibus magis accipientibus & minus exhibentibus, aut defectu in partibus contrarijs egeant, quæ citra tenebrarum opem valido igne exsiccatur, impingatur & apponatur. Hinc sit, ut cum inter dictas partes, id est, cor & vasa circulatoria, cor, forti calore vigeat; arteria, minore; sed majore, quam vena; cor, viscida crassaq; substantia constet; arteria, minus; crassiore tamen & duriore quam vena: quia, ut magis exhibet quam accipiat, sic aliae partes cor, & arteriæ, ingenti facultate trahendi præditæ, multum accipiunt & trahunt, & vix quicquā ceteris exhibent, seu in venas remittunt. Nec etiam refrigerio omnino carent hæ partes in externa saltem superficie; quod ad incrassationem attractæ ad nutritionem substantiæ, in hisce locis non parum conduceat. Cor enim in aqua refrigerante fluctuat; qua sit, ut in externa ipsius substantia pinguis attractus humor facili ratione condensetur, & in pinguedinem facescat: cum tamen, si à fortí igne exsiccaretur materia pinguis, ossea fieret: ut aliquando in cordibus quorundam animalium contingit, & in ossibus fieri solet, ut mox dicetur. Arteriæ vero & venæ à superincumbente pinguedine, & carne, quandam interni caloris moderationem in externa earum superficie patiuntur; dum interiùs calorem impingentem, & exsiccantem, tuentur & fovent. Quod verò ad ossa spectat, verè quidem citra ignem circulantem subsistunt; à fortí tamen igne, sed interiore, ut dictum ex Aristotele, procreantur, qui

qui excitatur ex paucō humido cum materia pingui queis constant, in aërem, moxq; in ignem effervescente per partes, quo pinguis materia sensim exsiccatur & induratur: ut dictum in altero comment. text. 19. nutritio, eorum generationem, omni ex parte sapit. Attracta enim vi ignis insiti materia pingui cum paucō humido, eoq; in aërem à calore interiore tandemq; in ignem effervescente, exsiccatur materia pinguis, & induratur, vulcaniam artem in hisce imitante natura: ut ostendemus in lib. de car.

Quod si animantium nutritionem exemplo constituere nobis hīc liceat; rectè naturam, prudenti patrifamilias comparasse Nutritio mihi videtur Arist. 2. de gener. anim. cap. 4. & hac similitudine patrifamilias perfectam generationis & nutritionis rationem attulisse. Hic <sup>milia</sup> exempla enim nihil admittere solet, ex quo facere aliquid commodi possit: dispensatur autem in cura rei familiaris; ita ut cibus optimus detur liberis, deterior servis, viliissimus socijs animantibus. Natura pari incumbit sollicitudine in animantibus nutritione: in eo enim, diversi gradus partes composuit; principem vnam; quasdam vicarias; alias ministrantes, & excrementis recipiendis natas; quibus proportionatum imperitit alimentum. Ut ergo cor, seu monarcham corporis sincerissimo conflavit sanguine, carnes minus sincero, caput pituitoso, ossa pingui materia, & sic de cæteris, in libro de car. vltierius explicandis: quia eas partes simili substantia nutriti æquum fuerat, vt conservatio primam productionem saperet, similem in quascumque, sed mixtam adducit: (neque enim secreti in venis existunt humores, nisi in statu corruptionis) v. g. cum pingui materia ad ossa, sanguinem; similiter ad carnes; ad caput, pituitam cum sanguine; ad venas, pus, seu sanguinem alteratum & dealbatum, quod glutinosum frigidū vocat, lib. de car. (vt ibidem explicabitur) vñā etiam cum sanguine & cæteris humoribus: neque tamen partes mixta, sed secreta à calore nativo materia proportionata nutrientur, cor v. g. sincerō sanguine; ossa, pingui materia: & sic de cæteris: vnde quemadmodum humor non appellit ad partes nisi mixtus; sic in parte secernitur, & secretus apponitur, & incrassatur: quod verò parti improportionatum existit, ab alia parte proportionata trahitur; nec tamen ex parte expellitur, eamq; deserit; nisi quia

I 17

novus ad eam humor appellit, cumq; trudit & pellit; sicq; cum alio humore in venis miscetur. Inde fit, vt cum omnes corporis partes, dispari tamen contentione, trahant, cor verbi causa sincerissimum sanguinem è venis, & cæteris partibus, ossa pinguedinem, trahunt; sed partes improportionatum humorum ad alias partes non transmittunt, nisi ipsæ proportionato priùs humor fuerint imbutæ; cor, verbi causa, pingue materiam ad ossa, nisi sincerissimum sanguinem priùs attraxerit: ossa, sincerum sanguinem ad cor, nisi priùs pingue materiam habuerint: qui humor novus & proportionatus, cum alio in parte mixtus, veterem & improportionatum ex ea expellit: pinguis, v. g. materia ex ossibus, verum sanguinem ad cor; sanguis verus ex cordis substantia ad ossa, materiam pingue; vt ita *serra secantes* impicitur natura, quorum unus trahit, alter pellit: unus trahit, dum omnes partes proportionatum sibi humorum trahunt, qui veterem improportionatum, & excrementitium suo adventu depellit. Hinc ait: *pus ex carne*, lib. de alim. id est, reliquæ sanguinis, post nutritionem restitantis & alterati, in carnibus superfluit; quæ, dum novus ad carnes sanguis appellit, ad venas truduntur; quarum, id est, *venæ & arteriæ*, *pus est alimentum*, vt ait lib. de alim. Inde etiam, *pus ulceris alimentum*, seu ex ulceratæ partis alimento residuo, alterato & dealbato. Quia, *purlentum* (id est, materia puris) *ex sanguine*, & *ex reliquo humore*, ait ibidem, seu ex partium alimento residuo; qui humores dum ad ulceratam partem appellunt, *pus*, seu veteris alimenti reliquias, ex partibus ulceratis expellunt, Hipp. lib. de alim.

His fit, vt cum partium duplex officium esse dixerimus, partim accipere, partim exhibere; sic in duplice differentia sint: quarum aliæ magis accipiunt, & minus exhibent: aliæ contra. Illæ magis crassæ existunt; quia cæteræ, partibus istis magis exhibent; istæque, magis accipiunt, id est, sibi apponunt. Quod non in quibusdam solùm partibus verum esse probatur, quæ hac occasione, aliarum miseria veluti ditescunt; sed in omnibus alicui circulationi subjectis. Ut enim qui pinguescunt & crassescunt, toto corporis externi habitu; quia natura in carnibus externis, ob caloris fortitudinem magis accipit, ventres exigui sunt, ossa & venæ exiliora; quia in hisce partibus, ob connati ignis debitatem

litatem, natura minùs accipit; vnde superis partibus magis ex- Quibus  
hibeat: & è contra. Sicq; ait Hipp. Venarum <sup>venae</sup> capacitas & crassi-  
do, quæ ex eadem causa fit, consideranda est; & coarctationes, & latitu- crasse, &  
dines, brevitates & exilitates; & quibus contrarijs ex causis vena la- ossa lata,  
tae, ijs ventres & ossa quoque lata sunt, gracilesq; existunt. Quibus re- & è con-  
pugnant obesi & pingues. Et 6. Epid. sect. 3. text. 1. Cutis raritas, tra-  
alivi densitatem; cutis coarctatio, carnium auctionem: hac sola de Hippocr.  
causa, quod in cute raris, carnes frigidiores sunt, totaq; circu- mens.  
latio siderum facultate vocata magis exhibit, minùs accipit; in-  
terna verò contrarium præstat, id est, magis accipit & sibi ap-  
ponit, & minus exhibit: aut, vt ait Hipp. 6. Epid. sect. 4. text. 23.  
qui calido sunt ventriculo, frigidas habent carnes, & graciles existunt;  
in ijsq;, venæ prominentes apparent. Ut ita etiam alvum densam  
crassamq; fieri necesse existat. Istaq; mutuatus Arist. ab Hipp.  
3. de part. anim. cap. 16. Quibus multum carnis est (ait) ijs vene Aristotelis  
arctiores, sanguis rubentior, venter & viscera parva: contra, quibus mens.  
parum carnis, ijs venæ prominentes apparent, sanguis atrior, viscera  
majora, & venter auctior. Pinguescunt intrà carnem, quibus parvus est  
venter.

In hisce autem partibus quæ magis accipiunt & minus exhi-  
bent, aliarumq; miseria, & imbecillitate veluti insolescunt, pa-  
lästricam artem exercentes, mercatores, & ex potu insanientes,  
imitari videtur natura de quibus, ait 1. de viet. rat. Ars palestri- Natura  
ca, & qui puerorum curam habent tale quid docent. Ex instituto leges palesti-  
violare, jure injuriam inferre, decipere, furari. Quæ qui non facit, ma- cam ar-  
lus est; qui vero facit, bonus. Hoc vulgi imprudentiam arguit, hac spe- tem exer-  
ciant; & unum pra omnibus probant, reliquos vero vituperant; multi centes, ex  
admirantur, pauci cognitionem habent. Eadem homines in foro per- potu insa-  
petrant, dum vendendo & emendo decipiunt. Qui plurimum decepit, nientes,  
& merca- eum admirantur. Qui ex potu insanient eadem peragunt, currunt, tores imi-  
luctantur, pugnant, furantur, decipiunt. Vnus omnibus præfertur. tatur.  
Partes enim hæ quæ magis accipiunt & minùs exhibent, naturæ  
leges violant, & jure suo, cæteris injuriam inferunt; eas deci-  
piunt, & non secus ac mercatores, ob fraudes commissas cæte-  
ris opulentiores, evadunt; & vt ex potu insanientes sobrijs de-  
spectis non modò, sed & pulsatis deceptisq;, cæteris præferun-  
tur; uno verbo, aliorū infortunio sibi consulunt, & præ omnibus

insolescentes in vulgi admirationem veniunt; hoc, ejus impre-  
dientiam arguente. Verèque homines, ex manifestis obscura, in  
considerationem adhibere non noverunt. Ignorant etenim, quod arti-  
bus utantur humana naturæ similibus: divina namq; mens edocuit sua  
opera imitari: cognoscentes quæ faciunt, & ignorantæ que imitantur,  
ait i. de viet. rat.

Et hæc satis de nutritione. Quomodo autem incrementum,  
imminutio, permutatio, seu ætatum differentiæ ab igne proce-  
dant, ostendere operæ pretium jam sit.

Incrementum, imminutio & permutatio, nutritionem se-  
quuntur; ait enim Hipp. lib. de alim. Aluntur hæc quidem, ad in-  
crementum; & ut subsistant, veluti senes; alia, insuper ad robur. Ut  
ergo nutritio ab ignis circulationibus dependet, sic & corporis  
incrementum, imminutio, & permutatio; cum quadam tan-  
tum eorum accidentalí differentia. Hæc hisce verbis inclusit.

7. At verò hominis animus ignis & aquæ temperationem  
sortitus, partes autem hominis, in omne animal irrexit, quod  
respirationem habet: & in omnem sanè hominem, tum junio-  
rem, tum seniorem, in omnibus autem non similiter increscit.  
Verùm in juvenibus quidem corporibus, quod cum nimirum  
velox sit circuitus, & corpus ad incrementum aptum, velut  
aptatis alis evolantes & attenuatae, in corporis incrementum  
absuntur. At in senioribus, cum tarda sit motio, corpūsq;  
sanè frigidum, in hominis imminutionem consumuntur. Quæ  
<sup># 4 foecunda</sup> verò corpora ætate sunt florentē, ea & nutriti & augescere  
possunt. Potestate autem homines valent; & ut quisque plu-  
rimos homines alere potest, ita viribus valet: ijs verò quos alit  
deficientibus, imbecillior est. Eodem etiam fere modo circa  
singula corpora se habet. Quæ plurimas animas alere possunt,  
ea sunt robustiora; his verò discedentibus, imbecilliora. Ut  
enim quódque corpus plurimas animas alere potest; sic vires à  
natura habet. Explic.

At

**A**T verò hominis animus, veluti etiam antea à me dictum est, Cōment. ignis & aqua temperationem sortitus, partes autem hominis, in omne animal irrepit, quod respirationem habet; & in omnem sāe hominem, & minem, cum juniores, tum seniores; in omnibus autem non similiter increvit. Id est: cujuscumque differentiae sentientis, & cuiuscumque sexus & etatis (ut dictum) natura, igne & aqua constituitur, quæ non similiter, id est eadē velocitatis proportione increvit. Rationem reddit verbis sequentibus: verū in juvenibus quidem corporibus, quod cum nimis velox sit circuitus, id est, at cum in juventute, velocias ignis vigore existant circulationes, & corpus ad incrementum aptum; & corporis natura ob copiam humiditatis, ad extensionem & partium incrementum facile sequax; velut aptatis alis evolantes & attenuante, in corporis incrementum absumentur. Id est: circulationes ignis quasi aptatis alis procedentes, & humiditates corporis ab igne attenuatae, citè ad incrementum perducunt, ad quod comparandum absumentur. At in senioribus, cum tarda sit motio, corpusq; sāne frigidum, in hominis imminutionem consumuntur. Contrarium evenit in senectute. Senes enim, in quibus debilis existit calor, qui nutrientem substantiam per exsiccatas & languescentes corporis partes non tam facile distribuere potest, ad ulteriore corporis extensionem, in ejus imminutionem consumuntur circulationes ignis & corporis humiditates. Quæ verò corpora aetate sunt florente & fæcunda, ea & nutriti & augescere possunt. Ea verò sola corpora, in quibus vigeat & floret calor nativus, & quibus præterea copiosa humiditas adest, quæ ultra corporis nutritionem fecunditati & propagationi naturæ, materiam sufficere possit, cum ea ex alimentorum reliquijs oriatur, nutritione augescere possunt; ut sic, ubi temperies calida & humida esse definit, desinat corporis incrementum: quod sic effari videtur. Potestate autem homines valent, & ut quisque plurimos homines atere potest, ita viribus valet; q̄s verò quos alit deficientibus imbecillior est. Id est: hominum autem vis, à potentia & copia principiorum dependet: utque plurimam eorum, id est ignis & aquæ ad motum & nutritionem, copiam vel defectum, sic vires à natura habent, queis augeantur; vel ad imminutionem tendant, & imbecillitatem contrahant. Vocat autem hæc principia homines, quia hominis natura

Pars II.

K

sensibilis, ex ijs in totum, extra animam immortalem & insensibilem constat. Eodem etiam fere modo circa singula corpora se habentque plurimas animas alere possunt, ea sunt robustiora, his vero descenditibus, imbecilliora. Id est: neque solum à principio copia, vel defectu in aliqua etate, robur & imbecillitas oriuntur: sed in quavis etate, id est, circa singula corpora se habet. Ut enim quodque corpus in quavis etate, plurimas animas alere potest: id est, ut dictum, ignis & aquæ temperatione sortitas, sic vires à natura sua habet; maximè si ignis imperium obtineat. Quia omnis vis ab igne procedit; id est, ignis omnia movet: sicque ait, imbecilla vietus ratio, frigida; calida vero, valida est. 6. Epid. sect. 4. text. 16. Et 6. Epid. sect. 5. text. 23. Valentes cibi (ait) & potus, id est, calida alimenta, eos qui calido sunt ventriculo perturbant: quia calorem nativum incendunt.

*Conclusio secunda partis.* His circa vitales cujuscumque differentiarum motus patet factis. Quis ignem mediæ circulationis, ceteris, id est ceterarum igni, imperare, & dominari neget & ejusque occasione cor, illius sedem, ceteris partibus, veluti monarcha præesse? cum verè hic, id est ignis in corde habitâ, omnia moderetur secundum naturam, sine strepitu, tum visu, tum tactu, in quo animus, mens, prudentia, incrementum, immutatio, permutatio, somnus, vigilia: omniaque in totum gubernet, & haec & illa: id est, vitales & animales, ad sensum & vitam totius & partis, dictos motus producat, neque unquam quiescat. Cum ut dictum ex lib. de insom. dum quiescit in sensibus, vigilet in vitalibus partibus, & sui tunc temporis rationem tantum habere videatur, calidissimus & validissimus ignis,

F. I. N. I. S. 8. *Si hoc propter modicam etiam*

MONARCHIÆ  
MICROCOSMI  
RESTITVTÆ.  
PARS TERTIA.

SEV

DIVINI PLATONIS MENS, EX,  
eius Timæo deprompta.

Е И Н О Я И О М  
М Г Р О Г О С Т И  
А Г У Т И Т А Я  
А И Т Я Г Т Г Я А Т  
П А Т О Н И З П А Т И  
Д И Ч И Г И С Т

## PRÆFATIO IN DIVINI PLATONIS mentem, ex ejus Timæo depromptam.



VAMVIS doctrina in superioribus commen-  
tarijs inclusa, post Hippocratis & Aristote-  
lis autoritatem, nullius authoris hedera, ac  
patrocinio egere mihi videretur sciendi avi-  
dus, num in alio reperiri posset, cuius admi-  
niculo si non locupletior, saltem auctior in lu-  
cem ederetur; Platonis timæum, ne quidem ipso Montpelien-  
sium velitationum tempore abhuc è limine salutatum perlegere  
decrevi. In quo quia totam fere expressis verbis exaratam,  
& ab Hippocrate continua orationis serie ductam inveni, non  
sine causa inferendam hic esse duxi; maximè ob insignem tanti  
hominis, quasi intermedijs, Hippocratis, & Aristotelis disci-  
puli sive temporibus, vitam agentis, sapientiam & famam, de  
quibus honorificam mentionem habet in libris suis, præsertim  
de Hippocrate, quem de naturalibus rebus dissertationem fa-  
ciens, veræ rationis comitem statuere videtur: cum, ut dictum  
in superioribus cōmentarijs, consentientem in omnibus cum  
natura legem conscripsit. Ait enim in Phædro. De naturæ  
igitur perscrutatione, quid Hippocrates, & vera ratio  
dictent, attende. Non multum autem in textuum expli-  
catione immorabor; cum ex se satis superque pateant, &  
Timæum perlegēti nullo negotio citra difficultatem occurrant.  
Nec eos in superioribus cōmentarijs inferere potui, nec debuis  
ne in tanta autoritatum copia, ac quasi confusione, & obscu-  
rissima ex se à prima fronte doctrina, importunas legentium  
animis tenebras offunderem.

K ij

Cæterum ne putas, Lector benevole, quæcumque in hacce libri nostri parte, ex Platone de seniore Deo, & junioribus illius filijs scripta, tanquam vera & credenda, sed tantum ex mente authoris afferri : qui Deorum naturam, ob tenuitatem ingenij sibi non benè perspectam esse profitetur, his verbis. Iam quæ de Deorum illorum natura qui tales geniti sunt, ut cernantur, dicenda erant, finem habeant. Cæterorum vero, qui dæmones appellantur, & agnoscere & enunciare ortum, majus est opus, quam nostrum ferre valeat ingenium. Priscis itaque viris hac in re credendum est, qui dijs geniti, ut ipsi dicebant, parentes suos optimè noverant. Impossibile sanè Deorum filijs fidem non haberes licet nec necessarijs, nec verisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Verum quia de suis ac notis rebus loqui se affirmabant : nos legem secuti, fidem præstabimus. Suorum autem sit ipse sacrorum conscius : me hic, ut & prophanum, & hospitem, sic nec aliud numen profiteor, quam quod sacrosancta veneratur Ecclesia Romana ; cui non solum hæc de Deorum natura, sed quæcumque intrâ totius libri ambitum clausa, humili animo, & majori qua possum reverentia, submitto. Illud ergo numen, ut de suis loquitur Plato, nunc disputationis servatorem imprimis oremus, ut nos ex admirabili & insolita expositione ad verisimilem doctrinam traducat, atque ita instituti disputationem exordiamur ; repetitis tamen quibusdam in aliorum commentariorum serie à nobis allatis, tanquam universe doctrinæ fundamentis.

DIV



# DIVINI PLATONIS MENS, EX EIVS TIMÆO DE PROMPTA.



VPLICEM in homine, & in cæteris ani- *In homine*  
matis, tum vegetantibus, tum sentientibus duplex  
naturam ex Hipp. & Arist. in superioribus *natura*  
commentarijs maximè textu 19. primæ par- *supponi-*  
tis agnovimus : aliam mixti, aliam animan- *tur.*  
tis. In quantum enim mixta ex quatuor ele-  
mentis constant, potestate & virtute, mixta  
constituentibus ; in quantum animata, dupli principio, igne  
scilicet & aqua; quorum hæc nutriat, ille vero moveat : cum ea  
sint animæ officia ; cuius dominationi & imperio corpus subji-  
cit, ut dictum ex Arist.

Vtramque naturam in homine, & cæteris animatis, agnovit *Supremus*  
divinus Plato. Vtriusque enim principia, seu animatorum se- *Deus pra-*  
mina, cum in ipsa mundi quasi animantis procreatione, sum- *fatione*  
mum ac veluti *senius numen* creasset; dijs filijs suis, id est juniori- *imperat,*  
bus, ut ex ijs animantium species effingerent, facta præfatione *junioribus*  
seuenti imperasse, supponit. *Dij* orti ex *ys*, quorum opifex ego & *dys*, ut  
pater sum, hæc attendite. *Quæ à me facta sunt, me ita volente indissolu-*  
*lia sunt.* Omne siquidem quod vinculum est, solvi potest. Sed male ment au-  
est, quod pulchrè compositum est, seq̄ bene habet, velle dissolvere. *Qua-*  
propter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles om-  
nino non estis. Nec tamen unquam dissolvemini, nec mortis fatum  
subibitis. Nam voluntas mea majus præstantiusq; vobis est vinculum  
ad vite custodiam, quam nexus illi quibus estis tunc, cum gignebamini,  
colligati. Sed nunc jam, quid jubeam cognoscere. Tria adhuc genera

Ldol

mortalium nobis generanda restant. Absque horum generatione cœlum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc vero si à me sicut solo, vitaq; donentur, dijs adæquabuntur. Quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut vim imitemini meam, qua in ortu vestro usus sum. Atque ejus quidem animalis, quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conveniat, divinumque vocetur, principatumque teneat, & justitiam simul, ac vos, ultrò colat (hominem intelligit) ego vobis semen & initium tradam. Vos cetera exequi par est: ut immortali naturæ mortalem attexentes, faciatis generationis animalia; subministrantesq; alimenta, augeatis, & consumpta rursus recipiatis. Hæc ab Hipp. hausisse videatur Plato: ait enim i. de viet. rat. Deos omnes naturam certo ordine constituiss.

*Hoc sic effatus senior Deus, in eodem (ut ait) cratero, in quo mundi totius animam (id est, ignem) permiscens temperaverat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam eodem; non mundi tamen perfectas similiuer, sed & secundo & tertio gradu à primis defipermit scientes. Vt scilicet animata, id est viventia, non modo eadem ac ignemq; mundus materia constarent: sed vt in naturæ vegetantis, sentientis, & rationalis productione, eadem quidem materia, sed temperat.*

*Tum, quod reliquum erat, dijs junioribus agendum mandavit summum se-mus eorum parens. Ut primum quidem corpora mortalia fingerent, nioris Dei quantumq; esset humanae animæ, quod reliquum huic deberet accedere, filij suis. id omne, & quæ consequentia essent, adjungerent, regerentque: & quam optimè & pulcherrime fieri posset, mortalis animantis naturam gubernarent; ni ipsum, sibimet, malorum causa esset. Atque is quidem qui hac cuncta disposuit, ritè in suo habitu permanebat. (Inde Arist. 4. de gen. anim. cap. 3. Quodcumque moverit excepto primo, Ieu Deo, mutuò moveri aliquo motu docet: quod pellit, pelli; quod reprimitur, reprimi.) Quo quidem permanente, ejus filij cum parentis ordinem cognovissent, eum protinus sequebantur. Itaque accepto ab illo mortalis animantis immortali principio, sui effectorem imitati (id est, seniorum Deum, in sua, & mundi procreatione) ignis, aquæ, aëris, & mixti ex terra particulas (id est, minima naturalia elementorum, ex quicunque elementisbus mixta componuntur, & in quæ tandem resolvuntur, ut subd*

subdit) quas rursus redderent, à mundo, quem animantium principijs, id est semine vtriusque temperaturæ & perfectionis, à prima formatione exornaverat senior Deus, mutuabantur, easq; inter se copulabant, hanc iisdem indissolubilibus vinculis, quibus ipsi fuerant colligati ( id est, quibus in juniorum Deorum procreatione, quos ex iisdem principijs, maxima autem ex parte, ex igne, rotundam vniuersi figuram adepto, vt sic & splendidissimi & pulcherrimi fierent, constare supponitur à Platone, usus fuerat senior Deus, iisq; indissolubilibus ) sed talibus qua propter parvitudinem cerni non possent; crebrisq; hujusmodi clavis conjunctis, unum ex omnibus corpus efficiebant.

His natura mixti in homine, vt in cæteris animatis, ex potentialium elementorum mixtione proveniens, satis superq; describitur; animati corporis natura, quæ præter elementa potestate in eo existentia, igne formali, ac quasi anima tanquam ignita, constituitur: vegetantis primùm naturæ, in partibus quibusvis insito & superato; tandem sentientis, qui in humores, & totum corporis habitum circulatione progreditur, sequentibus innotescet. Atque in hoc ipsum, id est, mixtum, tum influente, tum effluente corpore ( omnia autem corpora, effluvia pati, & attrahere, vt in Natura electro accidit, inferiusq; explicabitur, docet Plato) anima & divi- animanos circuitus id est ignis ( quem animam Hippocratis more indi- tis ex du- gitat, vt mox afferetur, & ita quid divinum, vt dictum) circula- plici prin- tiones illigabant: id est, in mixti quavis particula, simul cum ele- cipio igne mentis potestate hanc componentibus aliquid ignis actualis cir- & aqua. culantis sed superati, vegetatis naturæ dicti, cum aqua superante & incrassata vniuerunt: quo, primùm, semen in utero cum rarum est æqualiter vndiquaq; id est ab omnibus partibus transpirat; id est pellit calidum, & trahit ex humido seminis frigidū aërem, quo nutriatur. Atque hic circuitus in profundum flumen immersi, neq; tenebant, neque tenebantur; sed vi ferebant, & ferebantur. Hic sen- tientis natura designatur: quæ igne intra humores, & in eorum vasis circulante, id est in profundum flumen immerso subsistit & operatur: cuius utrumq; principiū (ignis scilicet & aqua) ex i. de vi. rat. quia & superare & superari debet, dum in maximo, vel mi- nimo naturali existit; id est, suum debet habere impetum; ignis ad motum, aqua ad nutritionem; sic dum unum, v.g. ignis in maximo

Pars III.

L

naturali existit in aliqua corporis circumferentia , alterum id est aqua ibidem in minimo naturali existit,movetur,attrahitur,& superatur. Et è contrariò: dum aqua ibidē in maximo naturali existit & ovat, ignis in minimo existit; & substātia corpori nutriendo necessaria incrassatur; triplicis circulationis,ignis, è sinistro cordis ventriculo,per tres corporis circumferentias facte beneficio: que, id est ignis circulationes, neq; tenebant,id est nec aquam integrè superabant, neque tenebantur ; id est neque integre superabantur ab aqua ; sed vi, id est dum igni sua c̄r̄vis, & impetus ferebant,id est aquam in minimo naturali existente, id est fusam, motamq; suo impetu & præsentia trahebāt, & ferebant: & in opposita circulatione ferebantur,quasi ignis absentia:id est vniabantur cum aqua in maximo naturali ibidem existente , & suum ad appositionem substantiæ nutrientis impetum habente. Et è contrario: imitante,vt dictum in alijs commentarijs,aurifabros, panifices, & histriones animantis natura.

*Ignem  
vocat a-  
nimam  
Plato.*

Hæc animantis cujuscumque principia , alijs textibus affert Plato. Primum quidē ignem;quem (vt dictū) animam vocat. Hac enim de causa, cum, mundum animal esse statuerit, aut potius, vt ibidem explicat, animali absolute simillimū,animam (id est ignem) in ejus medio,tanquā in corde, collocasse seniorem Deum ait,non secus ac in ceteris vivētibus,in quoū medio semper quærendū est hoc principiū; vt dictū ex Arist. Quod ex verbis subsequentibus satis superq; patet: cum,ea,id est igne,quo cœlestes cōstant axes, & partes orbis superiores, exterius circumdatum esse proferat , his verbis: *Animā itaque in ejus medio (id est in centro mundi) collocavit;* ( hæc ab Hipp. mutuatus videtur Plato, ait enim lib. de car. Calidi, id est ignis, magna pars alias in terra relicta est ) perq; totum tetendit; id est,per totius mundi ambitum diffudit; atque ea,etiam corpus ipsum extrinsecus, id est cœlos, circumtexit ; mundumq; hunc unum, & solum, solitariumq; circularem, volui in circulum statuit.

*Ignis  
quid ig-  
neum est.*

Nec ignem in animantis natura conclusum, purum ignis elementum Platonem intellexisse putandum est; vt neque aquam, neum est. vt ex Hipp. & Arist. docuimus ; sed potius quid aqueum & igneum , aut quid aquæ & igni in animante cognatum : quorum associatione vtrumque subsistat , & prædominio denominatiōnem obtineat. Hæc ita expressit Plato. *Hoc quod semper alias ita format*

formatum videtur, & plerumque juxta ignis effigiem, non est utique hoc aliquid, sed tale, hoc est igneum quiddam. Nec aqua hoc aliquid, sed tale quid, id est aqueum. Nec aliud quidquam, vel aliud habens stabilitatem. Denique nec pronominibus quidem illis hæc signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cum hoc vel illud dicimus, uti solemus. Fugunt enim nos, nec expectant, vel eam demonstrationem, quæ hoc, & hujus, & huic designat, vel appellationem, quæ de his, tanquam de existentibus & stabilibus, habeatur. Igitur hujusmodi omnia, neque hoc, neque illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus: & ignem quidem ubique tale.

Hac ergo elementorum, & secum invicem, & cum mixtis <sup>Igni &</sup> sanguis & sociatione, & ex prædominante, denominatione, quia ignis <sup>sanguis</sup> cum illustri sanguinis substantia associatur in corde animantis; <sup>imperio</sup> & sic, per corporis axes circulationem habet, ad prædam aëris <sup>magna ns,</sup> <sup>idem sive</sup> in circuitu corporis existentis, sanguinem calidum, & ignem, vnum idemq; esse superius diximus, ex Hipp. & Arist. huncq; loquendi modum habet Plato. Nunc enim ignem vocat; nunc, sanguinem impetu quodam manantem è corde; id est, palpitantem, ut ait Arist. Cor autem venarum originem ( arteriarum radicatio- Ignis se- nem intelligit, ut sequentibus patefacit) fontemq; sanguinis per <sup>des cor.</sup> omne corpus, impetu quodam manantis ( id est ignis ) in stipitorum re- gione, seu thorace, suspendere voluerunt superi.

Quo textu, ut constat cor ignis latè focumq; animalibus ad- Ignem in esse; sic, & ex eo circulariter per omnes corporis axes moveri; homine maximè cum corpus ex igne compositum ( ut dictum ) ad universi moveri imitationem, id est rotundum, efficerit Deus. Et ut ait in fine libri: <sup>circulari- ter.</sup>  
tius Quod in nobis divinum est ( seu igneum ) motus cognati sint universi ipsius cognationes atque circuitus, quod ( ut superius dictum ) in cor- pore circularem texturam adepto, in circulum voluit Deus vo- luerit.

Neque una, eaq; simplici & æquabili semper circulatione, per Multiplex corporis axes movetur ignis, sed triplici; ut probatum ex Hipp. ignis cir- media, quæ per junctas anastomosi arterias & venas in quavis <sup>circulatio.</sup> corporis circumferentia sit: siderea, quæ per cavæ venulas nulla anastomosi cum arteriolis junctas, in externo corporis habi- tu: lunæq; facultate dicta, quæ per arteriolas & venulas nulla

anastomosi ventrem internum ambientes, sed contiguas, sit.  
Has omnes agnovit Plato; licet nominibus non distinxerit. Hac  
enim de causa duplicem in capite ignis circulationem agnoscit,  
medium sine dubio, & fideream: ait autem. Principio dīj figuram  
capitis ad rotunditatem mundi fixerunt, in eoq; duos illos anima circuitus (id est, duas ignis circulationes) statuerunt. Lunæ vero fa-  
cilitate dictam circulationem ostendit; dum ait: Vterum, id est  
stomachum, ignem è corde in eum confluentem sistere & de-  
morari non posse (vt posterius afferetur) & intrà somnum interiores  
partes demulcere. Quod fit luna circulazione dominante.

*Aqua ani-* Alterum animantium principium puta aquam, superius ex-  
*manium* pressimus. Repetit tamen Plato: & sanguinem, non impetu quo-  
*principiū*, damp manantem, sed simpliciter sanguinem, vocat carnium &  
universi corporis pabulum; unde irrigatio distributa, paſſim exhausta  
cuncta repleat. Id est: massam sanguineam appellat, quæ omnia  
exhausta, consumptaq; nutriat & refocillet.

*Officina* Hujus autem principij, id est sanguinis officinam, non hepar,  
*sanguinis* sed stomachum facit Plato: cum sanguinem à chylo, solo ru-  
venter ex bore differte subdat.

*Platone.* Iusta autem de causa stomachum, vterum appellat. Ut enim  
in utero ex latentibus in semine, non modò mixtorum simplici-  
*Stomachū* ter, sed & animatorum principijs, id est elementis, mixtorum, ig-  
*Plato vo-* ne & aqua animantium, efformantur animalia; sic latentes in  
cat uterū, cibis & potibus humorum substantiæ, ex utrisque constitutæ  
& cur. principijs, educuntur, quasi animalium partes, sola accidentalí  
differentia ab ijs discrepantes: è quibus, quasi varijs animalibus,  
aut potius eorum partibus coagmentatis, vnum subsistat, non se-  
*Stomachū* cus ac efformatur animal. Hinc Hipp. stomachum mari compa-  
maricom- rat, quod animalia in eo enutrita fovet, aliena verò perimit. 1. de  
rat. 2. de paral Hipp. vicit. rat. dum venter, latentes animalium partes ignem scilicet  
& aquam, ex quibus alimenta vera conflantur, quasi minima  
(vt inferius afferetur) animalia, coctione educit, fovet; è quibus  
corpus nutritur, ac quasi coagmentetur & vivat; & easdem ali-  
mentorum partes, seu minima (vt dictum) in alimentis anima-  
*Stomachū* lia, in ipsis perimit; vt nobilioris animantis famulentur obsequio.  
Plato per- Plato per sepe etiam vocavit stomachum Plato, in quo diversi gradus  
sepe vocat animantes, id est corporis partes depascuntur, similem ex eo  
subst

substantiam haurientes, cum in eo, id est in ventre, vim animae naturalem, aut potius facultatem ad vitam partis dictam, tanquam agreste animal alligaverint; ut procul habitaret a cōsultore, id est cerebro; ne illum clamore suo & strepitu interturbaret, sed permitte-ret precipuum nostri ducem (rationalem vim intelligit) tranquillo <sup>In ventre</sup> naturali in otio, communī omnium utilitati consulere. Hacq; de causa, regio- vis resi-nem inferiorem ipsi, id est naturali facultati, habitandam Deos de- det. disse.

Sed parum erat junioribus dijs, in hominis compositione, bi- luniores na vtriusque naturæ principia in usum revocasse; elementa mix-ta nutritorum, ignem & aquam viventium: sedemq; eorum, cor & ven-trem statuisse, ni supremo senioris Dci, seu parentis obsequen-tes imperio, ejus conservationi & auctioni incubuissent. Huic <sup>augmento</sup> <sup>hominum</sup> muneri consulere satagentes.

Primū, quia omnia animantis membra (vt ait Plato) <sup>Hominis</sup> in mutua quadam cognatione genita erant, id est, eadem uniformiq; consta-bant materia, vitamq; necessariò in igne & spiritu posseidebant. Id in mutua est, & veluti per ignem in eorum corde tanquam in latibus si-cognatio-com, qui aëre exterius attracto & frigido nutritionem haberet, <sup>ne genita.</sup> subsistebant: ne animal ipsum ab his, id est igne & aëre, resolutum exhaustumq; citò desiceret, dī hoc consilio providerunt. Quippe hu-mani generis naturam quandam cognatam, alijs formis sensibusq; mis-centes, quasi animal quoddam aliud plantaverunt. Tales sunt dome-sticae arbores, plantæ, semina, & cætera vegetantia. Quæ quia ex igne & aqua, cæterorum viventium more, conflantur, in ani-mantis nutritionem cedunt; priùs tamen in sanguinem permu-tata: vnde quasi animalia vocat, cognatam illis ob vegetatio-nem, citraq; sensum animalem, naturam participantia, hacq; <sup>Arborum</sup> <sup>& cætero-</sup> ratione (vt subdit) qua quidquid est vita pariceps jure animal no-minatur, tertiae tamen speciei, quam inter diaphragma & umbilicum locavimus (mē naturalem intelligit) cui opinio, ratio, mens, nulla penitus inest; sensus verò suavis, & tristis, vñā cum cupiditatibus convenit. Omnia siquidem continuè patitur. Cum verò in seipso ad <sup>Quomodo</sup> semet convertatur, externumq; respuat motum (localem intelligit) <sup>vegetan-</sup> <sup>tia ab a-</sup> & proprio motu domesticog; vitatur (naturali scilicet, quo necessa- nimali- riā nutritioni suæ substantiam trahit) idcirco huic natura non bus di-tribuit, ut quicquam pensi habens suorum aliquid consideraret. Qua- ranti.

propter vita quidem fungitur, vegetante mera, nec est ab animali diversum, vegetationis ratione. Quia verò vi illa, qua quid seipsum transfert de loco in locum, orbatum fuit, stetit rigens, & fixum radicibus hæsit.

*Humana  
natura  
fontes.*

Tum, ne sanguinis, ex alimento proportionato, in ventre & hepate confecti, fortuita per corpus irrigatione, imperfectum extares animal, néve (ait) totum animal moveretur sine ordine, & fortuita quadam jactatione; eorum, id est alimentorum in corpore alveos, seu canales fabricarunt, qui communem per universi corporis partes materiam ignis & aquæ, id est principiorum ex alimento procedentium mixtione constitutam, duplii trunko juxta spinam in longitudinem protenso, incessanter, sed dispari proportione reportarent. Hi autem sunt *vena*, sanguinem ex ventre & hépate in partes; *arteria*, ignem è corde in ventrem, cæterasq; corporis partes distribuens. Quorum etiam beneficio, & mutua in nervos, cum venis arterijsq; vna veluti natura per habitum corporis, junctos, & ex ijs syringodem naturam adeptis, & in caput recta tendentibus, in cerebrum aëris conspiratione, sentiendi vis per omne corpus dimanaret. Hi verè sunt *humane naturæ fontes*, quibus humani corporis alveus irrigatur. Hinc flumina excurrunt, que vitam homini conferunt; & si resiccata fuerint, homo perit. Hos fontes his verbis, orationis suæ seriem dicens expressit. Cum hæc omnia, superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent: id est, cum vegetantia, juniores dij, nostræ nutritionis causa procreassent: in nostro corpore, quasi quodam horto, meatus, veluti aqueductus, varios diduxerunt, ut liquoris derivatione irrigaretur. Principio meatus occultos sub conflatione cutis & carnis, duas scilicet venas, in tergo divisorunt, secundum geminam corporis ipsius figuram, ad dextram & ad sinistram. (Arteriam magnam & venam cavam intelligit: seu geminos fontes, quibus duplicitis differentiæ flumina deferantur. Per illam sanguis impetu quodam manans, seu ignis; per hanc verò, sanguis venosus partium exhaustarum pabulum.) Has utique ad spinam dimiserunt, mediumq; medullam genitalem comprehendenterunt; ut hec quam maximè vigeat pulluletq;. & uberior hinc ad alia, quasi declivis effusio, irrigationem aquabilem præbeat. Post hæc partientes circa caput venas, easq; invicem ex opposito implicantes: partim à dextris, ad sinistra;

part

partim à sinistris ad dextra corporis dispertierunt, ut capiti ad reliquum corpus unā cum cute connexio foret, postquam nervis quidem non erat circulo quodam secundūm verticem comprehensum atque distinctum. Id est: quia caput, nervis qui recta ab eo in partes inferiores descendunt, non fuerat circulari vinculo colligatum; sed tantum venis & arterijs circularem in eo, ut in cæteris corporis partibus, texturam adeptis. Atque etiam ut sentiendi vis, ab <sup>Sentiendi</sup> <sup>vis fon-</sup> <sup>tium cor-</sup> <sup>poris ope</sup> <sup>fit.</sup> utrisque partibus, arterijs, venis, nervisq; quæ ad sensus & motus animalis productionem concurrunt, ut dictum in altero commentario, per totum corpus undique dimanaret.

Quomodo autem per hosce corporis fontes, ex ijsq; in partes, ad motum nutritionem & sensum humores perveniant è ventre, in eo coquantur, & ex eo in fontes deriventur, si quæras: sequentibus explicat divinus Plato; quibusdam priùs suppositis, quæ nos ob difficultatum mæandros, partitis textibus expediemus.

I. Hinc verò aqueductum hoc ordine deduxerunt, quem planè perspiciemus, si hoc inter nos primū asseverabimus. Quæcumque ex minutioribus componuntur majora detinent: quæ verò ex grandioribus minutiora cohære non possunt. Ignis autem, præ cæteris generibus, minutissimis constat particulis; ideoque aquam, aërem, terram, & quæ ex his componuntur omnia, penetrat, transilitque s; usque adeo, ut nihil ipsum valeat cohære.

**P**RIMVM est istud Platonis suppositum: antequam aquedu- Ignis & ctus in corpore ordinem hinc, id est alimentorum, aut potius aëromnia humorum ex aliis generatorum, è ventre, id est hinc, per fon- transi- tes corporis distributionem afferat, ignem minutissimis constare lunt. particulis, id est triangulis mobilissimis, & aërem medys (ut vocat) ut sic elementa extent, summa tenuitate prædita, quæ cætera corpora ex alijs elementis conflata facile moveant, penetrant, transiliantq; ita ut nihil ea cohære & sistere possit. Hinc alibi de igne loquens ait. Quomodo sit calidus perspiciemus; si divulsionem, & discretionem ab eo in nostro corpore factam consideremus. Quod

enim acumen quoddam ea passio est, ferme omnibus manifestum. Tenuitatem vero, angulorum subtilitatem, parvitatem particularum, motus velocitatem, quibus omnibus vehemens & penetrans est, velociterque quod occurrat dividit semper, & dissipat, considerare debemus, figurae ipsius generationem memoria repetentes. Ea quippe ratione corpora nostra dividens & in partes exiguae partiens, merito passionem illam, quæ legitimè calor nominatur, inducit.

2. Idem quoque de nostro utero cogitandum. Nempe cibos & potus retinet. Spiritum verò & ignem, quia ejus compositione tenuiores sunt, demorari non potest.

*Ignis & aëris ven-* **I**DEM etiam nostro stomacho contingere supponit Plato: ut scilicet cum cibos & potus ingestos retineat, quia crassiora quam ignis & aëris substantia præditos, ut in eo coquantur, ignem per arterias in ejus substantiam è corde irrumptentem, retinere & cohibere, nulla ratione possit, non secus ac aërem in venas arterias, & cor per ipsum conspirantem; ob eorum corporum, id est ignis & aëris subtilitatem, & angulorum tenuitatem; quamvis tamen venter solida quedam substantia, sit & robusta, veluti corium, ait Hipp. 4. de morib. ut in Libya plerique ex incolis pecorum tristis robu- pellibus, pro vestibus; & ventriculis, pro sacculis utantur. Simile ergo fia ut co- accedit stomacho, quod contingit lebeti aqua pleno, & super rium. ignem imposito, qui in parte inferiore ignique propiore, id est fundo, parum incalescit, nec unquam ignescit; cum vis ignis fertur, cuprum, terramque; veluti penetret & transiliat, in ijs nutritionem non habens. Quia à solida, siccaque, terrea uno verbo lebetis substantia, excitari vix potest aëris, quo ignis foveatur, ut quæ dictum ex Hipp. 1. de vñct. rat. quia neque per solidum, neque per siccum diutius permeare potest ignis, cum alimentum non habeat: at per humida & mollia potest, quod hæc ipsius sint alimentum. Vnde non mirum, si ignis in stagnantem in lebete aquam potissimum agat; quia in ea latet aëris, cum aqua aëris potentia sit. Ignis enim conatus è corde in ventrem, seu naturæ cacabum & lebetem irrumpens arteriarum ope, cum moderatè calefacit: quia in solido ventriculi corpore nutritionem, quæ aëre sit, non habens.

cum

ventrem penetrat, transilit, & in internam illius capacitatem totam actionem dirigit, aërem, vel bullis alimentorum inclusum, ait Hipp. lib. de flat. aut respirationis vi in eum attractum, depraedaturus.

3. Hisce ergo *v̄sus* est Deus, ad irrigationem ab utero in venas perficiendam. Rete enim quoddam ex igne atque aëre, instar gibbosæ sagenæ contexuit, ubi duo sunt ad ipsum introitum gibbi convexa, quorum alterum bifariam bino pulsū iterum implicavit, & ab ipsis gibbi convexis, veluti funes per totum corpus, usque ad texturæ illius extrema, circumtentit. Interiora igitur ipsius tricæ omnia, ex igne composuit convexa verò & receptaculum ipsum ex aëre.

**H**ISCE ergo, id est, igne & aëre, usum esse Deum supponit Igne & Plato, ad irrigationem ab utero in venas faciendam: id est, ad aëre distributionem alimenti è ventre in venas partesq; ad nutritio- nes earum peragendam. Quia ut ignis ventris substantiam distributio humorum fit, transiliens alimenta coquit, in ejus cavitate; sic aërem per ventrem, respirationis inferioris ope, in venas partesq; nutriendas, ut in arterias & cor trahit; qui ab igne diffusus, concoctā per corporis alveos, id est substantiam distribuat, impellatq; ut posterius demonstrabitur. Hoc autem, ut arte sapiens natura semper præstate posset, corde donavit animal Deus; maxime punicei coloris, ex Corde do- igne valido & sanguine purissimo emergentis; ut dictum textu navit ari- z. comment. i. Quia, ut ait Plato, qui ex ignei radj ad humorem mal Deus. admixtione sanguineum creante color fit, rubeum nominamus. Reti quidem simili: dum innumeris in interna & concava parte fibra- rum, quasi reticulis contexitur. Ad instar sagenæ gibbosæ; ven- triculis sagenam, auriculis verò sagenæ gibbum sua figura & formatione æmulantibus. Hæc autem interna cordis reticula in diastole, non secus ac extensa sagenda, aperiuntur, & è cor- dis cavitate in ejus foveas carnem attingentes viam veluti fa- ciunt; in systole negant, dum connivent & penitus occluduntur. Non quidem ex igne & aëre, ut ait Platonis expositor, sed po- tiùs pro igne & aëre. Quorum ille in utroque convexi concavo,

Pars III.

M

seu ventriculo, maximè in sinistro habitat; hic ab auriculis, id est gibbis, attrahitur; cum eæ sint instrumenta quibus aërem natura ad *Cordis* se rapit, ut dictum text. 20. libri de corde. Duo autem sunt ad ipsius descriptio. sum introitum gibbi convexa. Id est: duplex autem est huic reti, sive cordi capacitas, id est ventriculus; interius concavus, & quasi forniciatus; exterius convexus. Quorum uterque, quia auricula, id est gibbo constat, quæ contratio quām ventriculi paries motu, id est privatim, ut ait Hipp. text. 22. lib. de cord. elevatur; id est, dum subsidet ventriculus, erigitur; & ventriculo subsidiante, detumescit & subsidet; sic, alterum, id est utrumque cordis quasi retis ventriculum, bino, auriculæ scilicet & parietis pulsu implicare voluit Deus. Et ab ipsis gibbi convexis, veluti funes per totum corpus ad texture illius extrema circumtendit. Id est: & juxta utrumque ventriculum, quasi auriculatum, supradictos ignis & sanguinis fontes, veluti animæ funes & vincula, diduci & derivati voluit Deus; è quibus, ad omnes corporis partes usque ad extrema texturæ, id est extrellum ambitum, circumtentis, animantium principia dimanarent; cum inquit Hipp. lib. de morb. sacr. *Venas ex omnibus corporis partibus ad cor tendere, venarum nomine utriusque principij vasa comprehendens.* Interiora igitur ipsius trice, id est retis, omnia ex igne composuit; id est, conatus ergo sentientis naturæ ignis, in internis utriusque ventriculi foveis & cavitatibus sedem habet. Convexa vero & receptaculum ipsum ex aere. Id est: qui ignis aere ab auriculis attracto foveatur, dum cor ventilatur, & ab aqua in pericardio, id est receptaculo restagnante refrigerescit.

4. Demum hæc assumens in animali formato hoc pacto disposuit. Convexa quidem in os dimisit. Cum vero convexum, gibbosumque sit duplex: per arterias alterum in pulmones usque trajecits alterum circa arterias, in uterum. Alterum vero partitus, veramque illius partem ad fissulas narium communiter duxit: ita ut quando alterum ad os non pervenit, ex hoc ipso, omnes illius fluxus meatusque repleantur. Alteram vero gibbi, retisque capacitatem circa omnes partes corp.

corporis concavas esse voluit. Id est omne alias quidem in convexa, incurvaque confluere molliter, quasi aer, illic sit efficit: alias autem convexa incurvaque ipsa refluxere.

**V**T autem perfectè constitutum & efformatum animal hoc <sup>commer-</sup>  
rete, id est cor, in usum revocare posset, hoc pacto <sup>cum</sup> corporis  
cæteris corporis sui partibus commercium habere voluit Deus. <sup>dis cum</sup>  
*Convexa quidem in os dimisit.* Id est: utrumque ventriculum cum partibus  
ore per vasa ad illud pervenientia communicare voluit. *Cum* <sup>corporis.</sup>  
autem convexum, id est ventriculus, gibbosumq., & auricula duplex  
sit utriusque ventriculo praefixa: alterum, id est dextrum ventri-  
culum per arterias in pulmones usque traxit: id est, per venam ar-  
teriosam, quam Hipp. more textu 23. lib. de cord. arteriam in-  
digitat, cum pulmone commercium habere constituit, & ex illo  
cum ore per laryngem; & si os clausum sit, ut plurimum dor-  
mientibus accidere consuevit, cum naribus; & sic rectè subdit:  
alterum partitus, utramque illius partem ad fistulas narium commu-  
niter duxit: id est, & sic commune pulmoni, in naso & ore fo-  
ramen effinxit: ita ut quando alterum ad os non pervenit; id est,  
ut ita, quando oris foramen per somnum v. g. non patet, ex hoc  
ipso, id est, ex naso, omnes illius fluxus meatusq. repleantur: Id est,  
praefecti dextro cordis ventriculo in pulmonem & os, à natura  
meatus, per quos caloris effluvia è corde pellit exteriùs, aëre  
externo repleantur & refrigerentur. His patet ex Platone aë-  
rem per venam arteriosam non verò per arteriam venosam in  
cor è pulmone transferri; cum sola vena arteriosa, è dextro ven-  
triculo in pulmonem perveniat; ut arteria venosa, ex sinistro.  
*Alteram verò gibbi retisq. capacitatem circa uterum & omnes partes*  
corporis concavas esse voluit: id est, tum sinistrum cordis ventri-  
culum cum sua auricula, id est gibbi retisq; capacitatem in arte-  
rias omnes, venasq;, & cæteras partes cavitatem habentes, maxi-  
mè in uterum, id est ventrem (præter supradictas dextri ventri-  
culi commercio fruentes) communicare voluit Deus: *Id est omne*  
*alias quidem in convexa, incurvaque ipsa confluere molliter, quasi aer*  
*illuc sit:* id est, & contentum in sinistro ventriculo ignem, ex  
eo in partes illas confluere, & circulari ad aëris prædam: alias  
autem convexa incurvaque ipsa refluxere. Id est: & per ea convexa,

M y

id est, concavas interius partes in quas circulationem habet ignis è sinistro cordis ventriculo, ad aëris prædam, frigidum aërem per aortam in eum ventriculum ejusq; auriculam conspirare.

5. Rete verò, quoniam rarum sit, corpus penetrare per ipsum, rursumque emergere. Radios autem ignis interiores succorde e- cessione continua subsequi, in utramque partem aëre transfe- greditur te. Idque donec mortale consistit animal fieri nunquam ces- aëre in- grediente. sat. Hujusmodi agitationem merito expirationem, respira- tionemque nominatam esse censemus.

**C**OR autem, id est rete, quoniam rarum sit, hoc est osculis præditum & valvulis perfecta molitione utriusque ventriculi maximè sinistri, ostiola coëcentibus conclusum, quarum hiantium ope, dum rarum sit cor, id est, intrà utramque motionem aperitur, corpus per ipsum penetrare, id est, varias substantias per hæc oscula in illud subire voluit Deus: sanguinem scilicet è vena cava in dextrum ventriculum, & per septi transversi foramina in sinistrum in diastole; pariter aërem è vena arteriosa, in dextrum; & ex aorta, in sinistrum ventriculum in systole; rursumque emergere; id est, & ex eo, id est ex corde exire & retroferri aërem; è dextro, in diastole, per cæca septi transversi foramina in sinistrum; è sinistro, per arteriam venosam in pulmones. Radios au- tem ignis interiores, ex interna ventriculorum cavitate, quasi è cælo, ut dictum ex Hipp. text. 8. lib. de cord. in venam arterio- sam, è dextro; in aortam, ex sinistro; seu in utramque partem, qua data porta subsequi voluit etiam Deus; aëre ex aorta & vena arteriosa in utrumque ventriculum conspirante; utque ipse ait, corpore, id est aëre, ex dictis locis in ipsum penetrante. Quod fieri nunquam cessat, donec mortale consistit animal. Quia, ut ignis in interna ventriculorum cavitate foveisq; sedem habens, aëris & sanguinis illustris in corde commercio orbatus suffocaretur, statimq; deficeret, eoq; deficiente animal concideret: sic igne, è corde in cæteras partes non influente, mors tandem facile ob- zeperet; concrecente ob ejus defectum in venis humore, ad nutritionem vitamque necessario. Hancq; gibbi, id est, cordis agit

agitationem, expirationem calidi scilicet è corde in arterias, & respirationem aëris frigidi ex arterijs in cor, vocandum censuit dīvinus Plato. Rectius inspirationem dixisset expositor, quām respirationem.

6. Omne autem hoc opus, omnisque hac nostra passio, in *Duplex* corpore sit irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & <sup>corporis</sup> nutrimentum. Quando enim expirante & respirante halitu, <sup>passio re-</sup>frigerium ignis simul interior sequitur, perq; vterum diffusus, poculenta & nutrita <sup>menum,</sup> esculentaque offendit; liquefacit protinus ipsa, partitur in <sup>& quomo-</sup> minima, per exitus, qua progressio patet, tanquam ex fonte do fiant. quodam educit: in meatus venarum videlicet trajicit quemque exhausit, atque per corpus, quasi vallem, venarum fluenta diducit.

**H**is sic à Platone suppositis: omne hoc opus, id est omnem hanc naturæ nostræ in corde ex igne & aëre operationem, hoc est calidi è corde expirationem, & frigidi in cor inspirationem, vt dictum superius, ad duo tendere concludit; vt dum ignis, quo prædita subsistunt & vivunt animalia, aëre frigido in corde nutritur, cor ab aëre refrigerium habeat; dumq; in ventrem, sive uterum irrumpit ad prædam aëris alimenta in chylum & sanguinem commutet; quo, aëris ope, in venas distributo, corpora nostra irrigentur, humectentur, & nutritantur; cum eorum, id est corporum, *haec duplex passio sit;* nutrimentum scilicet in universo corpore à sanguine factum; & refrigerium, maximè in corde, ab aëre frigido procedens. Modum affert sequentibus verbis, & alijs textibus subjungendis; ac primo nutrimenti: quando enim expirante (ait) è corde calido in arterias, & ex ijs in partes halitu, & frigido halitu, id est, aëre, per eas in cor respirante, ignis simul interior sequitur, per uterum diffusus, poculentaque offendit; liquefacit protinus ipsa, partitur in minima: id est, ignis in corde connatus fertur in ventrem, eum transfilit & penetrat; & in eo, tenuitate sua partiūque subtilitate, cibos & potus communivit, coquit, & in chylum commutat: per exitus, qua progressio patet, tanquam ex

M iiij

fonte quodam educit: id est, moxq; per vias naturæ notas, tanquam ex fonte magno, omniumq; promptuario, educit: & in meatus venarum trajicit quæcumque exhaust: id est, & in cavitates venarum, humorēm quem in ventre concoxit, sensim trajicit: & tandem per corpus, quasi vallem venarum, fluenta diducit. Id est: sicque, ex eo fonte magno, sive ventre, qui omnibus dat, ait Hipp. i. de viat. rat. sparsis per singulas partes venuis, corpus integrum irrigat, humectat, nutrit.

*7. Sed videamus iterum quibus causis respiratio hunc in Quomodo modum, quem nunc cernimus, fuerit instituta. Cujus quidem fiat aëris respiratio. rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nusquam est, quo quicquam eorum quæ perferuntur, ingredi queat; spiritus autem è nobis evolat; curvis constat spiritum illum in vacuum quidem non evolare, sed proximum sibi è sua sede depelleré, depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere: at secundum necessitatēm hujusmodi quidquid in sedem illam percutitur atque impellitur, unde exclusus est halitus, ingressum illuc replensque halitum ipsum subsequi. Idque totum simul revolutione quadam, qua nusquam sit vacuum, fieri. Quamobrem cum pectus pulmonesque spiritum efflaverint, mox aëre corpori circumfusos meatus corporis penetrante replentur. Ac rursus evolans è corpore aér, & emissus anhelitus, inspirationem intrò retrahi cogit, per oris nariumque meatus.*

**H**OCE textu, & duobus sequentibus, quomodo aëre refrigerium accedat, id est, refrigerij modum docet Plato. Videamus enim, inquit, quibus causis respiratio, aëris scilicet frigidii (calidi enim, expirationem appellat) fuerit à natura, & quo fine instituta. Certum equidem est (ait) nullibi vacuum dari; ut aliquid, eorum quæ ab alijs expellontur, citra mutuum effluvium recipi in alio possit. Spiritus autem è nobis evolat; id est, calidus autem aér è nobis exspirat, tum è pulmone, tum ex internis corp

corporis arterijs, per ventrem & os; externisque, exteriorem corporis situm ambientibus. Cuius conflat hunc spiritum in vacuum quidem non evolare; sed proximum sibi è sua sede depellere; depulsum rursus, illum proximum sibi semper extrudere. Id est: atque manifestum est, hunc calidum aërem è corpore depulsum, proximum sibi semper è suo loco depellere: cum in eo loco non detur vacuum, quod implete possit; huncq; alium depulsum aërem calidum, vicissim alterum pari ratione propulsare. At secundum necessitatem hujusmodi, quidquid in sedem illam percutitur atque impellitur, unde exclusus est halitus, ingressum illinc replensq; halitum ipsum subseqn; idq; totum simul revolutione quadam, qua nusquam fit, vacuum fieri. Id est: hac ergo necessitate, qua aliis aëris calidus alium propulsat, cum nullibi detur vacuum, fit, ut cum è corpore calidus expellatur aëris, ne in corpore vacuum detur, frigidus aëris revolutione quadam mirabili in corpus subeat, prioris aëris calidi exhalati locum impleturus. Quamobrem cum pectus pulmonesq; spiritum efflaverint, mox aëre corpori circumfuso meatus corporis penetrante replentur. Id est: hinc fit, ut cum pectus & pulmones calidum expiraverint aërem, mox aëre frigido corpus ambiente repleantur. Ac rursus evolans è corpore aëris, & emissus anhelitus, inspirationem intro retrabi cogit, per oris nariumque meatus. Id est: idem accidit in respiratione superiore corporis & interna ventris: quando enim è corpore evolat aëris calidus per respirationem arteriarum exteriorū, aut interiorū in ventrem pertingentium, è quo calidus effertur aëris per os: emissus anhelitus, id est, calidus aëris, ex hisce partibus exhalans, frigido veluti viam facit; & illius inspirationem intro retrabi & adduci cogit, per orium nariumque meatus, ad ventrem, non secus ac ad pulmonem, aërem imperientes.

8. *Causas vero, quæ his dant principium, hujusmodi ponimus.* Omne hujus universi animal, in venis & sanguine <sup>vtriusque</sup> calorem, quasi fontem ignis, aliquem possidet; idque reti & <sup>respiratio-</sup> <sub>nis causa</sub> genæ comparavimus. Per medium extensum, totumque ex corde, igne contextum, cum exteriora omnia ex aëre sint.

**H**Vj v s autem mutuæ motionis aëris, calidi quidem è corpore, sive intrò foras, id est *expirationis*; & frigidi externi foris intrò, sive in corpus, id est *inspirationis*, vt dixit textus s. principium causamque affert, naturam animantis, quæ fontem aliquem ignis intrà se continet: *in venis* quidem & *sanguine*; id est, qui per venas & arterias cum sanguinis illustris portione quadam associatus & prædominans, per omnes corporis partes circulationem habet. Hunc autem fontem reti comparavit & sanguine: cor autem est: per medium extensum: id est, in medio corporis constitutum, *in quo quarendum semper esse hoc principium* diximus ex Arist. *totum exigne contextum*: id est, connato igne interius præditum, & vi validi ignis fortiter exsiccantis compatum, vt dictum text. 2. lib. de corde, *Cum exteriora omnia ex aëre sint. Id est: per partes externas auricularum in ipso præficarum, id est gibbi duplicis (vt ait) beneficio aërem frigidum sibi concilians, quo, sine animantis destructione vix exiguo tempore orbati potest.*

9. *Calorem sanè putandum est, natura sua in regionem suam, extra id quod sibi cognatum est, emanare. Cum vero discursiones duæ sint: una per corpus extra, altera rursus per os & nares; cum anhelitus ad alia impetum facit, detruditque, alia contra retrahit, atque repercutit. Quod autem retrahit, in ignem incurrens calescit: quod exhalavit, friget. Dum ergo caliditas permittatur, & que alio transitu utuntur calescunt, ac rursus quod fervet ad naturam suam emigrat, & hac emigratione alia in aliud iter repercutit, rursusque hec idem perpetiuntur aguntque semper; certè anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc jugiter fluctuans, expirationem & inspirationem continet.*

*ignis ad*

*prædam*

*aëris du-*

*plici re-*

**H**ic ignem è corde ad prædam aëris per varios corporis axes moveri, id est dupli respiratione inferiore, & superiore riore, respirare, id est, calidum pellere & frigidum trahere, dominetur. cet Plato. Ait enim: *Calorem, id est ignem in corde situm, sanè putand*

putandum est, & in regionem suam, id est, intrâ corporis ambitum, & extrâ, ad id quod sibi cognatum est; hoc est, ad alimentum sibi magis proportionatum, id est tenuiorem aërem irrumperet & emanare: natura quidem sua (vt ait) quia, ut dictum ex Arist. 6. de mot. anim. cætera ab igne moventur, dum ignis seipsum etiam sua natura movet. *Duas autem potissimum esse illius discursiones*, sive respirationes, subdit. *Vna quæ per corpus extra*: id est, quarum alia per externi corporis arterias, ipsumq; etiam pulmonem, quasi exterius constitutum sit, superior dicta. *Altera rursus Moxua per os & nares*. Alia verò inferior dicitur, & è ventre per os & aëris finates, clauso ore, calidi expiratione aërem frigidum inspirat. *Cum ergo ad alia impetum facit detruditq;*: id est, cum ergo ignis ad aliam respirationem magis fertur, quia magis cognatum, seu tenuorem aërem trahit, v. g. hyeme ad ventrem; & è contrâ æstate, alia contra retrahit, repercutitq;: opposita, seu superior, in hyeme ob frigidam aëris inclem tam, ignem aut potius dis currentes, id est, quasi expirantes illius radios reprimit, repercutitq;. *Quod autem retractum est, in ignem incurrens calescit*: id est, qui autem caloris radij in partes oppositas corporis reperiuntur, earum partium calorem augent. *Quod exhalavit, friget*; qui verò per partes exhalant caloris radij, ab aëre externo frigidoq; refrigerium habent. *Dum ergo caliditas permutatur*; id est, dum ergo calidus è corpore exhalat aër, v. g. in æstate & de die per corporis externi habitum, & que alio transitu utuntur, calescunt, & quæ in oppositis partibus ob contrariam temperiem & improprietatem aërem reperiuntur, eodem tempore; & sic magis calescunt, & è contrario, ac rursus quod fervet ad naturam suam emigrat; id est, & internus ignis qui aëris attractione fervet ac quasi palpitat, ad calidiorem aërem sibi magis proportionatum, quasi ad naturam aut potius ad naturalem sibi aërem sese movet; & hac emigratione, alia in aliud iter repercutit; & hac in eam partem & corporis circumferentiam calidi emigratione, id est respiratione, in contraria & opposita emigratione, id est respiratione repercutitur: *Rursusq; hac idem perpetiuntur agantq; semper*: id est, & nunc in aliam calidum pellit, & exhalat, in alia repercutitur & refrigeratur: *Certè anhelitus hic, id est, interior calidi expiratio hinc & hinc circulo, seu ad diversas*

*Pars III.*

N

partes diversis temporibus, circulantis ignis beneficio facta, & illinc jugiter fluctuans, & per has continuè aërem fluctus instat trahens, expirationem calidi, & inspirationem aëris externi ad refrigerium corporis continet.

*Quomodo  
ampulla  
medica  
trahant.  
Attractio  
lapidis  
Heraclij.  
Æstus  
maris  
causa.*

Hac, aëris intrò foras calidi, & foras intrò frigidi in alijs, ut in animante conspirantis vi, attractionem ab *ampullis medicis* cum multa flamma corpori applicatis, fieri docet Plato. In ijs enim accensus ignis calidum pellit ad carnes, & vicissim, dum aërem ab ipsis, vna carnes attrahit. Electri, *Heraclij lapidis, attractionem* similiter fieri docet; & reciprocos maris æstus, quos *aquarum fluxus* vocat. Quorum verisimilem rationem, quia motibus cordis omnino æqualem hic afferre ut non inutile erit, sic citra digressionem à nostro authore. Hos ergo ab igne, quem quasi *animam* in centro mundi, quasi animalis medio cordéque, collocasse seniorem Deum ait Plato, originemducere mihi facile persuaderim. Cum enim ignis aëre nutrient, eum attrahere & inspirare debeat; sic necessariò pellit calidum, quo frigido aëri viam paret; hocq; calido ex intimis terrarum recessibus, per grandes altosq; meatus ad mare pertingentes, sese in aquas efferente, pelluntur aquæ; fluit mare, à calido aëre diffuso ab igne, interiusq; gravitante, hoc est maris gravitatem superante compulsum, quasi in cordis arteriarumq; saltu, sive dia stole; donec secreta, attractaq; aëris ad ignis nutritionem necessarij copia refluat, igne interno vi aëris externi & frigidi veluti repercuesso; ut in systole fieri solet: qui tandem aër ab igne diffusus, iterum gravitet; fluxum maris novo æstu concitaturus. Circa autem æquinoctia fortiores æstus produci hac de causa existimaverim, incumbente, recta linea, ad hiantes telluris meatus per quos internus ignis gravitatem interius aerem impellit, solis calore; qui internum mundi ignem adaugeat, ut attractum aerem tenuiorem validius diffundat. Non alia proportionis motuum sex horarum causa existente, quam proportionata ad æquæ resistentiam ignis aerem diffudentis vi, quæ in tantum aquas interius attollit & inflat, ut statuto hocce tempore refluxere necessariò debeant.

Finita digressione tandem concludit Plato, distributionem humorum, à quibus nutrimentum, seu prima corporis passio ( ut ait

ait fieri solet, ab igne procedere aërem ad sese per ventrem, venasq; rapiente & diffundente ad refrigerium cordis, & sui nutrimentum; cum refrigerium altera corporis nostri existat passio, ut dictum textu 6.

10. Atque respiratio, unde digressi sumus, ab his causis & hunc in modum, ut supra diximus, provenit. Dum videlicet, ignis cibos dividit, elevaturque intrinsecus spiritum affec-  
tus, venas à ventre communi elevatione hujusmodi replet, ex limentum  
eo quod attrita inde haurit, & ob hanc rationem per totum aëre di-  
animalium omnium corpus, alimentorum liquores diffun-  
duntur.

**E**XPIRATIONE ergo calidi, id est ignis, in ventrem, & in ejus cavitatē translientis, cibi potusq; dividuntur, id est cō-  
coquuntur. Dum autem ignis elevatur intrinsecus cōmuni eleva-  
tione, id est, dum autem ex ventre ad partes internas, seu venas  
circulatione derivatur, spiritum affecutus, id est, aerem per ven-  
trem, inferioris respirationis vi in eas conspirantem attrahens,  
*venas a ventre*, ex eo quod attrita inde haurit: id est, eas chylo replet, & continua  
per totum corpus animalium ejusdem aeris conspiratione, &  
diffusione ab igne circulationes, id est communem elevationem  
exequente producta, per totum animalium corpus liquores ali-  
mentorum, id est, ciborum & potuum succi nutrientes diffun-  
duntur, hoc est distribuuntur; crassioribus partibus, seu fæcibus  
in ventris mæandros devolutis. Sicq; verè *confusio una humo-  
ris* est, & *confusio aeris una*.

Attractus tandem è ventre in venas aeris ab igne circulante *sanguis*:  
diffusi ope humor nutritius, seu chylus, vi ignis rubescit; & san-  
guinis colorem acquirit; quo, ut partes nutriuntur & saturantur, ignis ru-  
sic colore à natura donantur. Hincq; ait: *Statim verò attrita & bescit.*  
à cognatis suis ablata (id est, alimenta in chylum versa & à pro-  
prijs formis secreta) partim fructibus, partim graminibus quæ Deus  
ad alimoniam corporis nostri produxit, colores propter mixtionem om-  
nino varios habent, sed plurimus in his prævaleret rubens color, cuius  
natura ex ignis portione: id est, mixtione vtriusque sanguinis

N 7

calidi & calescentis intrà venarum meatus, tanquam in officina ætatis, ut diximus ex Arist. lib. de spit. cap. 4. & abstensione in humidio facta provenit. Propterea ejus quod in totum corpus permanet color, talis aspectus est, quem diximus, id sanguinem nominavimus, carnium & universi corporis pabulum, unde irrigatio distributa, paſsim exhausta cuncta replet.

Porro si quereras, qua ratione diversæ corporis partes diversis humoribus irrigentur & nutriantur? Respondeat Plato: quamlibet partem exhaustam, quemlibet humorem sibi proportionatum & attritum, id est concoctum in ventre, & in venis ruborem adeptum attrahere, & in eam ratione dicta distribui; quo plusquam decesserit è corpore, in illud accedente & apposito, augatur; minus, ad imminutionem mortemq; tendat, natura faciat nūri-  
Quomodo tiscente, his verbis: *Modus autem impletionis evacuationisq; talis fias nūri- est, qualis in universo cū justibet latio, per quam cognatum quodlibet tio ex a- ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circumfusa sunt, limento resolvunt nos assidue, & singulas nostras portiones, ad species suas foras propria- emittunt. Sanguinea verò in nobis attrita inclusa q; visceribus, ut par nato. est, in quolibet animali fieri sub cælo constituto, totius lationem imitari coguntur. Cum igitur attrita qualibet in nobis, cognatum poscant; exhausta qualibet, implent. Porro quando abscedit plusquam accesserit, decrescit animal; quando contra fit, augetur.*

His satis superq; patet, ignem per corporis axes ad aeris prædam non modò circulari, sed & naturalis facultatis ad vitam partis dictæ functiones, id est nutritionem, in quocumque corporis statu & ætate, augmentationem, & imminutionem, ab eo procedere. Quomodo autem cæterarum facultatum operaciones ab eo oriuntur, vt inde cor sola pars princeps haberi debeat, cum commune omnibus functionibus instrumentum, ac quasi animam tanquam ignitam in se se foveat, & per corporis ambitum distribuat, considerandum est.

*Cordis & arteriarū motus, cordis arteriarumq; motus, & pulmonis respiratio, ab igne & aere producantur, satis superq; ex supradictis constare videtur; cum cordis agitationem, calidi id est ignis expirationem, & aeris frigidi inspirationem esse, superius dictum sit textu 5. radiosq; ignis interiores successione continua subsequi in utramq;*  
part

partem, id est verumque ventriculum; aere scilicet ex vena arteriosa in dextrum, & ex aorta in sinistrum transiente intrà systolen, à quo, in corde, hisce vasis firmiter per valvulas occlusis, ad ignea gravitante, diastole producatur. Arteriarum pulsus easdem ac cordis, causas agnoscit, vt & pulmonis respiratio, quamvis particularem de ijs mentionem non habeat Plato. Quod enim pulmonis respirationem, ex igne, è corde in eum sese efferente, qui ad aeris attractionem moveatur & dilatetur fieri crediderit Plato, ex textu sequenti satis superq; constare videtur. Cum spiritus ipsius custos, ac quasi penuarius pulmo distillatione occlusus, libera & expedita spiracula nobis non exhibet, & hinc quidem nullus mutatur spiritus, ab extra & aere corporis circumfuso, frigidusq; illinc verò plusquam oportet accipitur, calidi è dextro potissimum cordis ventriculo, tunc quæ respiratione & refrigerio carent, marcescunt. Quod verò accipitur nimium, per venas traductum contorquet.

Quod verò ad facultatis, ad sensum totius & partis dictę, facultates spectat, ab igne circulante aeremq; trahente & diffundente, id est foras calidi & intrò frigidi, ut dictum, conspiratione fieri manifestè ostendit. Hac enim de causa ab utrisque, id est ignis & sanguinis fontibus juxta spinam à natura præfectis, quos superiùs descripsimus, vim sentiendi per totum corpus undique dimanare ait.

Hinc etiam prudentiam in homine comparati docet eum anima, id est ignis circulationes tranquilliore motu & sedatiore in homine fiunt, à quibus prudentia ætatis decursu contingit: sic autem ait: *At postquam nutritionis & augmenti rarus lenius minusq; fluit, animaq; circuitus, id est, ignis circulationes, tranquilliore motu iter suum peragunt, processuque temporis sedatores fiunt, & in figuram naturae sue congruam restituuntur* (hæc ab Hipp. expressis verbis motuatus est Plato, dictum enim est superiùs ignis circulationes in juvenibus velut aptatis alis evolantes esse) tunc singulorum circulorum directæ conversiones ejusdem & alterius naturam probè discernunt, hominemque sic institutum & prudentem efficiunt.

Nec dicat aliquis vi ignis è corde per sensoria circulantis, & Cerebrum aëris ex iisdem sensorijs per eorum arterias in cor commenantis, judicij species sensibiles in cor pervenire, vt in eo prudentia judicijq; sedem constituendam esse velit Plato: has enim in cerebrum è

N ij

quibus nervi recta tendunt in partes inferiores ac quasi subditas, deferti credidit: neque hac de causa his, id est nervis ut venis, circulo comprehensum esse caput. Hinc cerebrum corporis consultorem vocat; membrum divinissimum & reliquorum omnium princeps, quod longa distantia à ventre, in quo naturalis facultas veluti residet, superos se junxit ait; ne continua actione, officium consultoris interturbaret. Amplius in fine Timæi ait. Praestantissimam animæ nostræ partem, quam Deus, ut demonem nostrum cuiq[ue] tribuit (rationalem vim intelligit) in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognitionem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quam terreno semine nata.

**Cur ossa pili &c.** Quæcumque ergo partes corporis ignis circulatione orbatae fuerint, ut ossa, capilli, & cæteræ terrenæ partes, ita ut aeris con- spiratione circulationis ignis ope producta, ex ijs, in cerebrum, seu prudentiæ sedem, illudq[ue] quod primum sentit, species sensi- biles deferti non possint, sensu in totum privantur. Hincq[ue] ait Plato. Quando in id quod facile moveri solet (sensorium aliquod intelligit) aliqua, vel brevis incidit passio, pars ejus quilibet, sequen- tibus partibus undique passionem ipsam transfundit (è sensorio sci- licet in nervos, & ex ijs in cerebrum ut subdet) quousque ad pru- dentiæ sedem perveniat. Vbi per sensus quasi nuncios: id est, sensus externos cerebro per aerem communicantes, potentia illius quod passionem intulit, species nimitorum objecti, seu sensibilis, noscitur. Quod verò contra est affectum, & immobile quodammodo permanet, id est, specierum impressionem non patitur, circularem illam **transfusionem**, ignis scilicet circulantis & aerem cum specie in nervos attrahentis, non habens, ipsum quidem patitur solum, proxi- ma verò minimè. Id est, objecti species in parte sistitur, nec vi ig- fusione aërem trahentis per circulationem è parte in cerebrum fer- tur. Quapropter cum partes aliae alijs passionem primam non imper- tiant, totumque animal hinc minimè agitur; id est, cum autem per communem toti corpori circulationem species non evanescantur in cerebrum, sensus expers id quod patitur extat. Id profectò circa ossa, capillosq[ue], & reliquas partes, quæ terrenæ ut plurimum sunt, in no- bis accedit. Visus verò & auditus instrumenta aliter omnino efficiunt: quia illis ignis aërisq[ue] vis maxima. Quibus satis supérque patet sensum animalem ab igne aërem ad se se mouente & per nervos species

species sensibiles in cerebrum, fieti.

Hanc eandem doctrinam repetit agens de visu, quem ab igne *Quomodo* connato per arterias in oculos commeante, & cum externo ig- *visus ab* ne associato fieri docet; eoque proinde aerem, & cum eo, spe- *igne fiat* ciem visibilem per nervos opticos ad cerebrum evelente, cum ignis ad praedam illius per partes moveatur. *Ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac de causa dati.* Ignis certè illius qui non virit quidem, sed illuminando suaviter diem invehit mundo, participes oculorum orbes dij fecerunt. Intimum si quidem corporis nostri ignem, hujus ignis germanum sincerumque per oculos emanare voluerunt, in quibus lenis congestisque ubique ignis hujusmodi sit. Id est: in oculos, in quibus blandus vegetansque naturæ dictus ignis connatus existit, non secus ac in cæteris partibus, è corde, tanquam ex animantis cœlo, connatum totius ignem, quasi solem, circulatione deferti voluerunt superi, quo per pupillæ foramen exeunte & in cerebrum species cum aëre per nervos efferente visus fiat, ut sequentibus verbis innotescet. Sed per eorum duntaxat solidiorem angustamque medietatem ignis purior evolet, crassior verò cohibeatur. Itaque cum diurnum lumen appliciat se visus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia atque commixta, quo oculorum acies dirigantur, ibi in unius jam domestici corporis coherent speciem, ubicumque videlicet tam intimi quam externi luminis fit concursus. Totum igitur propter similitudinem, passionem eandem sortitum, cum quid aliud tangit, vel ipsum ab alio tangitur, motum hujusmodi ad corpus omne, perq; id ad animam usque diffundens, sensum efficit, qui visus vocatur.

Vt autem sensus animalis operationes fiunt ab igne sidream circulationem in sensorijs non solum, sed & in cerebro, in quo sensus internus, potissimum percurrente, id est vigiliæ: sic & earum cessatio somnus dicta, ab eodem igne lunæ facultate dictam circulationem, & partes internas excalente procedit: ut dictum in altero commentario: idem habet Plato. De oculis enim visuq; loquens, sic tandem effatur. *At postquam in noctem Vigilia & discesserit cognatus ignis sol scilicet orbem illustrans, visionis ra-* somnus ab dius: id est, internus ignis circulationis sidereæ vi in oculos per- igne. veniens, evanescit. Nam in aërem sibi dissimilem; id est, ab igne externo non illustratum erumpens, permutatur atque extinguitur,

cum nullum habeat cum proximo aëre, ut pote ignis splendore carente, natura communionem, ad cujus prædam moveri possit: idcirco videre desinit, somnumque inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dī oculis machinati sunt, quibus obducta vis illa ignis intimi, convenientia tegminis coercetur; compressaque, interiores motus perfundit: Id est, lunæ facultate dictos motus, & mulcet internas corporis partes illi circulationi subjectas, in quas aëris imfanguine diffusi ope confluxionem & conspirationem habet. Quibus relaxatis atque mollitis quies obrepit: Immotis cum sanguine & aere, in cerebro, existentibus speciebus sensibilibus, ut dictum in secundo commentatio, & proinde sensu interno totius dicto in membro divinissimo, corporis consultore, intelligentiarum internuncio, id est cerebro, ignis defectu, quiescente; ut ita ignis magis sui in vitalibus partibus curam gerat.

F I N · I S.

